

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta  
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis  
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lipsiae, 1735**

**VD18 12833770**

Oratio V. quae est Pro L. Manilia.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18041**

## SENTENTIAE.

**N**emo fere est, qui sui periculi iudex non sibi se  
asquiorem quam reo praebeat.

*Immane est dicere, pereant amici, dum simul ini-  
mici intercidant.*

*Frugi hominem dici non multum habet laudis in  
rege: fortē, iustum, seuerum, grauem, magnani-  
mum, largum, beneficum, liberalem, sunt regiae  
laudes: illa priuata est.*

*Frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam  
virtutem esse maximam iudico.*

*Corruptela serui, si non modo impunita fuerit,  
sed etiam a magna auctoritate approbata, nulli pari-  
ates nostram salutem, nullae leges, nulla iura custo-  
dient: ubi enim id, quod intus est atque nostrum,  
impune cuolare potest, contraque nos pugnare, sit in  
dominatu seruitus, in seruitute dominatus.*

*Semper regium nomen in ciuitate Romana san-  
ctum fuit: sociorum vero regum & amicorum san-  
ctissimum.*

## ORATIO V.

quae est

## PRO L. MANILIA.

Argumentum Orationis pro L. Manilia.

**G**rauia & diurna Romanis cum Mithridate Re-  
ge Ponti bella fuere. Contra hanc primum missi  
sunt cum imperio Sylla & post hunc L. Lucullus. Hi  
duo quamquam regem magnis cladibus affixerant,  
inde bellatum tamen relinquere coacti sunt. Sylla  
enim,



enim, ad reprimendam factionem Marianam, Romanum rediit, pace cum Mithridate facta, L. Lucullus cum Regem iam ad extremum pene spiritum redigisset, per seditionem militum suorum, sequi longius nolentium, prohibentur id bellum finire. Ad haec Lucullus Senatus consulto auocabatur ab eo bello. Itaque exercitu eius disperso Mithridates impune grassabatur. Proinde C. Manilius tribunus plebis legem ferebat, ut Pompeio Phrygia, Lycaonia, Galatia, Capadocia, Cilicia, Colchis, Pontus, Armenia, aliaque loca & exercitus, quos Lucullus tenebat, crederentur, & contra Mithridatem & Tigranem Imperator extra ordinem iret. Hac lege potentia Pompeii nimis crescere, & Lucullus imminui videbatur. Quare optimi quique rogationi huic sine lege ob sistebant. Sed cum dies promulgationis ad esset, metu plebis, quae Pompeio fauebat, quiescebant. Solus Catulus & Hortensius Consulares rogationem dissuadebant. His Cicero respondet hac Oratione suadetque populo, ut lege Manili Pompeium ducem declarent belli Mithridatici, & obiectiones, Catuli & Hortensii refutat.

Genus orationis est deliberatum. Suadet enim Cicero, ut Pompeium deligant ducem eius bellum; atque hoc pertinet laus Pompeii ex Genere demonstratio.

Status est conjecturalis: An Pompeius bello Mithridatico sit praeficiendus? quod affirmatur.

Stylus seu dicendi character est temperatus.

Habita haec Oratio ad populum M. Aemilio Lepido L. Volcatio Tullo Coss. Anno V. C. DCLXXXVII. Cicerone aetatem agente XLI.

Euentus fuit, ut valeret Lex Manili, & Pompeius praefectus fuerit bello Mithridatico.

## ORATIO V.

# PRO LEGE MANILIA, AD POPVLVM.

## CAPVT I.

**Q**Uanquam mihi semper frequens conspe-  
ctus <sup>1</sup> vester multo iucundissimus, hic au-  
tem locus <sup>2</sup> ad agendum <sup>3</sup> amplissimus <sup>4</sup>,  
ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites:  
tamen hoc aditu <sup>5</sup> laudis <sup>6</sup>, qui semper optimo  
cuique <sup>7</sup> maxime patuit, non mea me voluntas,  
sed meae vitae rationes <sup>8</sup> ab ineunte aetate <sup>9</sup> su-  
ceptae prohibuerunt. Nam cum antea per <sup>10</sup>  
aetatem nondum huius auctoritatem loci con-  
tingere auderem statueremque <sup>11</sup>, nihil huc <sup>12</sup>,  
nisi <sup>13</sup> perfectum ingenio, elaboratum indu-  
stria afferri oportere, omne meum tempus a-  
micorum temporibus <sup>14</sup>, transmittendum  
<sup>15</sup> putau. Ita neque hic <sup>16</sup> locus vacuuus  
fuit vñquam ab iis, qui vestram causam de-  
fen-

---

<sup>1</sup> praesentia. <sup>2</sup> forum iudiciale, rostra. <sup>3</sup> Caussas fo-  
renses, ad dicendum. <sup>4</sup> decorus mihi, honorificus. <sup>5</sup> occa-  
sione, consuetudine. <sup>6</sup> acquirendae, adipiscendae. <sup>7</sup> cui-  
libet. <sup>8</sup> propositum meum, vitae meae constitutiones.  
<sup>9</sup> a prima iuuentute. <sup>10</sup> propter aetatem adhuc iuueni-  
lem. <sup>11</sup> putarem, persuaderer. <sup>12</sup> ad hunc locum, ad haec  
rostra. <sup>13</sup> nisi id quod esset perfectum. <sup>14</sup> periculis, cau-  
sis forensibus. <sup>15</sup> indulgendum, permittendum. <sup>16</sup> haec  
rostra.

-AEO-

<sup>17</sup> cauf-

fenderent: & meus labor in priuatorum periculis <sup>7</sup> caste <sup>18</sup> integreque <sup>19</sup> versatus, ex vestro iudicio <sup>20</sup> fructum <sup>21</sup> est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum <sup>22</sup> ter praetor primus centuriis <sup>23</sup> cunctis renuntius sum, facile intellexi, Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis praescriberetis <sup>24</sup>. Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandis <sup>25</sup> esse voluistis, & <sup>26</sup> ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu <sup>27</sup> prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre; certe, & si quid auctoritatis in me est, ea apud eos utar, qui eam mihi dederunt; & si quid etiam dicendo consequi <sup>28</sup> possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei <sup>29</sup> fructum <sup>30</sup> suo iudicio <sup>31</sup> tribuendum esse censuerunt. Atque illud <sup>32</sup> in primis mihi laetandum iure esse video, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione <sup>33</sup> dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio <sup>34</sup> nemini deesse potest. Di-

cen-

<sup>27</sup> causis forensibus defendendis. <sup>18</sup> sincere. <sup>19</sup> dum muneribus me corrumpi non sum passus. <sup>20</sup> sententia, opinione. <sup>21</sup> utilitatem. <sup>22</sup> conuentum populi Romani, suffragiorum causa. <sup>23</sup> a centuriis, a populo, qui in centurias duidebatur. <sup>24</sup> quod ipsi de me iudicare deberent. <sup>25</sup> in honoribus, qui mihi dati sunt. <sup>26</sup> & cum in me sit tanta facultas agendi. <sup>27</sup> consuetudine. <sup>28</sup> efficere. <sup>29</sup> huic eloquentiae meae. <sup>30</sup> honores amplissimos, Aedilitatem scilicet & Praeturam. <sup>31</sup> suffragio, voluntate. <sup>32</sup> propter illud. <sup>33</sup> more, modo, consuetudine. <sup>34</sup> copia verborum.

cendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaque virtute. Huius autem orationis difficilis est exitum, quam principium inuenire. Itaque non mihi tam copia, quam modus <sup>35</sup> in dicendo quaerendus est.

<sup>35</sup> iusta moderatio.

## CAPUT II.

**A**TQUE UT INDE <sup>1</sup> ORATIO MEA PROFICISCATUR <sup>2</sup>, Vnde haec omnis causa dicitur <sup>3</sup>, bellum graue & periculosum vestris vectigalibus <sup>4</sup>, atque sociis a duobus potentissimis regibus infertur, Mithridate, & Tigrane: quorum alter relictus <sup>5</sup>, alter <sup>6</sup> lacesitus <sup>7</sup>, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus <sup>8</sup> Romanis, honestissimis viris, adferuntur ex Asia quotidie literae, quorum magnae res <sup>9</sup> aguntur <sup>10</sup>, in vestris vectigalibus exercendis <sup>11</sup> occupatae, qui ad me pro necessitudine <sup>12</sup>, quae mihi est cum illo ordine <sup>13</sup>, causam reip. periculaque rerum suarum detulerunt <sup>14</sup>. Bithyniae, quae nunc vestra prouincia est, vicos exustos esse complures: regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus <sup>15</sup>, totum esse in hostium

---

<sup>1</sup> Ex hac re. <sup>2</sup> incipiat, profluat. <sup>3</sup> deriuatur, originem habet. <sup>4</sup> iis hominibus, qui vobis vectigalia in prouinciis soluunt. <sup>5</sup> non plane fuit vietus. <sup>6</sup> Tigranes. <sup>7</sup> ad bellum nobiscum gerendum irritatus a Lucullo. <sup>8</sup> qui in prouinciis vectigalia exigunt & soluunt. <sup>9</sup> opes. <sup>10</sup> periclitantur. <sup>11</sup> administrandis. <sup>12</sup> amicitie. <sup>13</sup> publicano rum. <sup>14</sup> nunciarunt mihi. <sup>15</sup> oppidis, locis, in quibus vestra vectigalia maxime exiguntur.

<sup>16</sup> post



stium potestate; Lucullum magnis rebus gestis<sup>16</sup>, ab eo bello discedere; huic<sup>17</sup> qui succurrerit, non satis esse paratum<sup>18</sup> ad tantum bellum administrandum: unum<sup>19</sup> ab omnibus sociis, & ciuibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti, eundem hunc vnum ab hostibus metui, praeterea neminem. Causa<sup>20</sup> quae sit, videtis: nunc quid agendum sit, considerate. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore diligendo esse dicendum. Genus<sup>21</sup> est enim eiusmodi<sup>22</sup>; quod maxime vestros animos excitare atque inflammare debet: in quo agitur<sup>23</sup> populi Romani gloria, quae vobis a maioribus cum magna in rebus omnibus, tum summa<sup>24</sup> in re militari tradita<sup>25</sup> est: agitur salus sociorum, atque amicorum, pro qua<sup>26</sup> multa maiores vestri magna & grauia bella gesserunt: aguntur<sup>27</sup> certissima populi Rom. vectigalia, & maxima: quibus<sup>28</sup> amissis, & pacis ornamenta<sup>29</sup>, & subsidia belli requiretis<sup>30</sup>: aguntur bona multorum ciuium, quibus est a vobis, & ipsorum & reip. causa consulendum<sup>31</sup>.

## CAPVT

<sup>16</sup> postquam magnas res gesserat. <sup>17</sup> eum vero, qui Ariobarzano huic debeat succurrere. <sup>18</sup> instructum, idoneum. <sup>19</sup> solum Pompeium. <sup>20</sup> materia, de qua ego nunc dicam, & de qua vos debetis nunc suffragia ferre. <sup>21</sup> belli. <sup>22</sup> ita est comparatum. <sup>23</sup> versatur. <sup>24</sup> gloria. <sup>25</sup> relicta, & quam vos conseruare debetis. <sup>26</sup> salute & conseruatione. <sup>27</sup> in periculo sunt. <sup>28</sup> quae si amissa sunt. <sup>29</sup> media pacis conseruandae. <sup>30</sup> desiderabitis, vermissen. <sup>31</sup> auxilium ferendum, prospiciendum.

## CAPVT III.

**E**T quoniam semper appetentes<sup>1</sup> gloriae praeter ceteras gentes, atque audi laudis fuitis, delenda est<sup>2</sup> vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta<sup>3</sup>, quae penitus iam insedit, atque inueterauit in populi Romani nomine: quod is<sup>4</sup>, qui vno die tota<sup>5</sup> Asia, tot in ciuitatibus, vno nuncio, atque vna literarum significatione<sup>6</sup> ciues Rom. necandos trucidandosque denotauit<sup>7</sup>, non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere<sup>8</sup> suscepit<sup>9</sup>, sed ab illo tempore<sup>10</sup> annum iam tertium & vigesimum regnat, & ita regnat, vt se non Ponto<sup>11</sup>, neque Cappadociae latebris<sup>12</sup> occultare velit, sed emergere<sup>13</sup> e patrio<sup>14</sup> regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiae luce<sup>15</sup> versari<sup>16</sup>. Etenim adhuc ita vestrum illo rege contenderunt<sup>17</sup> imperatores, vt<sup>18</sup> ab illo insignia<sup>19</sup> victoriae, non<sup>20</sup> victoriā reportarent. Triumphauit L. Sylla, triumphauit L. Muraena de Mithridate, duo fortissimi viri, & summi imperatores<sup>21</sup>, sed ita triumpharunt, vt ille pulsus<sup>22</sup>, superatusque regnaret. Verum tamen il-

---

\* Cupidi. <sup>2</sup> vos oportebit extinguere illam maculam & illud dedecus. <sup>3</sup> accepta. <sup>4</sup> Mithridates. <sup>5</sup> in tota. <sup>6</sup> vno mandato facto per literas. <sup>7</sup> iussit. <sup>8</sup> crudelissimo facinore. <sup>9</sup> pertulit. <sup>10</sup> quo ciues Romanos trucidari iussit. <sup>11</sup> in Regno Pontico. <sup>12</sup> speluncis. <sup>13</sup> sed quod velit etiam audacter prodire. <sup>14</sup> Pontico. <sup>15</sup> conspectu. <sup>16</sup> grassari. <sup>17</sup> pugnarunt. <sup>18</sup> vt quidem. <sup>19</sup> honores. <sup>20</sup> non vero ipsam & plenam victoriā. <sup>21</sup> sed tantummodo. <sup>22</sup> quamuis pulsus & superatus sit, tamen adhuc regnaret & potens sit ac metuendus.

23 ve-

illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt<sup>23</sup>, venia danda<sup>24</sup> quod reliquerunt<sup>25</sup>: propterea quod ab eo bello Syllam in Italiam respublica<sup>26</sup>, Muraenam Sylla reuocauit,

<sup>23</sup> vexauerunt Mithridatem, eumque coegerunt accipere leges pacis. <sup>24</sup> ipsis est. <sup>25</sup> eum, quod eum non persecuti fuerunt vterius. <sup>26</sup> reipublicae necessitas.

## CAP VT IV.

**M**ithridates autem omne reliquum tempus, non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem<sup>1</sup> noui contulit<sup>2</sup>, qui postea quam maximas aedificasset ornassetque<sup>3</sup> classes, exercitusque permagnos, quibuscunque ex gentibus potuisset, comparasset<sup>4</sup>, & se Bosphoranis<sup>5</sup> finitimis suis bellum inferre simulasset, vsque in Hispaniam legatos Ecbatanis<sup>6</sup> misit ad eos duces<sup>7</sup>, quibuscum tum bellum gerebamus: vt, cum duobus in locis distinctissimis<sup>8</sup>, maximeque diuersis uno<sup>9</sup> consilio, a binis<sup>10</sup> hostium copiis, bellum terra marique gereretur, vos<sup>11</sup> ancipiti contentione districti, de imperio dimicaretis<sup>12</sup>. Sed tamen alterius partis<sup>13</sup> periculum, Sertorianae atque Hispaniensis, quae multo plus firmamen.

<sup>1</sup> instructionem, initium. <sup>2</sup> applicuit. <sup>3</sup> instruxisset. <sup>4</sup> collegisset, conscripsisset. <sup>5</sup> accolis Bosphori Thracii. <sup>6</sup> ex urbe Ecbatanis, quae metropolis est Mediae. <sup>7</sup> Sertorium aliosque reipublicae tum hostes. <sup>8</sup> remotissimis. <sup>9</sup> coniunctis, unitis consiliis. <sup>10</sup> a gemino exercitu. <sup>11</sup> Qui-rites. <sup>12</sup> vt vos diuersas haberetis opiniones, & incerti essetis, cuinam imperium exercitus Romani mandari debet. <sup>13</sup> hostis.

menti ac roboris habebat<sup>14</sup> Cn. Pompeii diuino<sup>15</sup> consilio ac singulari virtute depulsum est: in altera parte<sup>16</sup> ita res<sup>17</sup> a L. Lucullo, summo viro, est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque praeclara, non felicitati eius sed virtuti<sup>18</sup>: haec autem extrema<sup>19</sup>, quae nuper acciderunt, non culpae<sup>20</sup>, sed fortunae tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco<sup>21</sup>, & ita dicam, **Quirites**, ut neque vera<sup>22</sup> laus ei<sup>23</sup> detracta<sup>24</sup> oratione nostra, neque falsa<sup>25</sup> afficta esse videatur: de vestri imperii dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus<sup>26</sup> orationis meae, videte, quem nobis animum<sup>27</sup> suspiciendum<sup>28</sup> putetis.

---

<sup>14</sup> quam quidem exercitus Mithridatis. <sup>15</sup> prudentissimo. <sup>16</sup> Mithridatis. <sup>17</sup> imperium. <sup>18</sup> fortitudini. <sup>19</sup> hoc ultimum autem, quod regem persequi non potuit. <sup>20</sup> Luculli. <sup>21</sup> in hac tamen oratione. <sup>22</sup> debita. <sup>23</sup> Lucullo. <sup>24</sup> ademta. <sup>25</sup> laus. <sup>26</sup> contextus, & quasi filum & praecipuum argumentum. <sup>27</sup> sententiam. <sup>28</sup> ferendum, sumendum.

### CAPVT V.

**M**aiores vestri saepe mercatoribus, ac nauiculatoribus<sup>1</sup> iniuriosius tractatis<sup>2</sup>, bella gesserunt: vos tot ciuium Rom. millibus, uno nuncio atque uno tempore necatis<sup>3</sup>, quo tandem animo esse debetis<sup>4</sup>? legati quod<sup>5</sup> erant appellati superbius,

---

<sup>1</sup> Qui nauium domini sunt, & operam suam locant ad merces vehendas. <sup>2</sup> si forte tractati fuerunt. <sup>3</sup> postquam tot ciues necati fuerunt a Mithridate. <sup>4</sup> quid putatis, vos facere debere. <sup>5</sup> quoniam.

<sup>6</sup> cla-



bius, Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen<sup>6</sup> extinctum esse voluerunt: vos eum regem inultum esse<sup>7</sup> patiemini, qui legatum populi Rom. consularem<sup>8</sup> vinculis ac verberibus, atque omni suppicio excruciatum necauit? illi<sup>9</sup> libertatem ciuium Rom. imminutam<sup>10</sup> non tulerunt<sup>11</sup>: vos vitam erectam negligetis<sup>12</sup>? Ius legationis verbo<sup>13</sup> violatum illi<sup>14</sup> persecuti sunt: vos legatum populi Rom. omni<sup>15</sup> suppicio interfectum inultum relinquatis? videte<sup>16</sup>, ne, ut<sup>17</sup> illis pulcerrimum<sup>18</sup> fuit, tantam vobis imperii gloriam relinquere, sic vobis turpisimum sit, illud<sup>19</sup> quod accepistis, tueri & conseruare non posse. Quid? quod<sup>20</sup> salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur<sup>21</sup>. Regno expulsus est Ariobarzanes rex, socius populi Rom. atque amicus: imminent<sup>22</sup> duo reges toti Asiae non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis: ciuitates autem omnes, cuncta Asia atque Graecia vestrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem coguntur: imperatorem a vobis certum<sup>23</sup> deposcere, cum praesertim vos alium<sup>24</sup> mi-

<sup>6</sup> clarissimam urbem. <sup>7</sup> non puniri. <sup>8</sup> virum, qui iam Consul fuerat. <sup>9</sup> maiores vestri. <sup>10</sup> esse, imminui, violari, debilitari. <sup>11</sup> passi sunt. <sup>12</sup> vosne concedetis, ut vita Legato vestro impune erecta sit? <sup>13</sup> etiam unico verbo iniurioso. <sup>14</sup> maiores vestri. <sup>15</sup> crudelissimo. <sup>16</sup> considerate, expedite. <sup>17</sup> quemadmodum. <sup>18</sup> honorificum. <sup>19</sup> illam gloriam Imperii. <sup>20</sup> quin imo etiam. <sup>21</sup> trahitur. <sup>22</sup> minantur, inferre bellum volunt. <sup>23</sup> Pompeium, cui sidere posit.

24 miseritis, neque audent, neque se id facere  
 summo sine periculo posse arbitrantur: vident 25,  
 & sentiunt hoc idem, quod vos 26, vnum 27 virum  
 esse, in quo summa 28 sint omnia, & eum 29 prope  
 esse, (quo etiam carent aegrius 30:) cuius aduentu  
 ipso 31 atque nomine 32 tametsi ille ad maritimum  
 33 bellum venerit, tamen impetus hostium repres-  
 sos 34 esse intelligunt, ac retardatos. Hi vos, quo-  
 niam libere loqui non licet, tacite rogant, vt se 35  
 quoque, sicut ceterarum prouinciarum socios, di-  
 gnos existimetis, quorū salutēm 36 tali viro com-  
 mendetis: atque hoc etiam magis quam ceteros,  
 quod 37 eiusmodi in prouinciam homines cum im-  
 perio mittimus, vt, etiamsi ab hoste defendant 38,  
 tamen ipsorum aduentus in vrbes sociorum non  
 multum ab hostili expugnatione 39 differant 40.  
 Hunc 41 audiebant antea, nunc præsentem vident,  
 tanta temperantia, tanta 42 mansuetudine, tanta  
 humanitate, vt ii beatissimi 43 esse videantur, apud  
 quos ille diutissime commoratur.

24 Lucullum. 25 amici & socii vestri vident hoc. 26  
 quod vos videtis & sentitis. 27 scilicet, vnum esse Pom-  
 peium. 28 præclara virtus, auctoritas, scientia rei mili-  
 taris &c. 29 solum Pompeium. 30 quem maxime deside-  
 rant. 31 solo. 32 fama. 33 cum piratis gerendum. 34  
 metu Pompeii aduenientis. 35 ipsos. 36 conseruatio-  
 nem. 37 quoniam alias. 38 socios & prouinciam. 39  
 deuastatione. 40 quoniam auari sunt, & ciuibus bona sua  
 solent eripere. 41 Pompeium. 42 tam temperantem esse.  
 43 felicissimi.

CA.P

## CAPVT VI.

**Q**uare si propter socios nulla ipsi iniuria laces-  
siti <sup>1</sup> maiores vestri cum Antiocho, cum Phi-  
lippo, cum Aetolis, cum Poenis <sup>2</sup> bella gesserunt:  
quanto <sup>3</sup> vos studio conuenit iniuriis prouocatos,  
sociorum salutem vna cum imperii vestri digni-  
tate <sup>4</sup> defendere? praesertim cum de vestris ma-  
ximis vectigalibus agitur. Nam ceterarum pro-  
uinciarum vectigalia, Quirites, tanta <sup>5</sup> sunt, vt iis  
ad ipsas prouincias tutandas <sup>6</sup> vix <sup>7</sup> contenti esse  
possimus: Asia vero tam opima est, & fertilis, vt  
& vbertate <sup>8</sup> agrorum, & varietate fructuum, &  
magnitudine pastitutionis, & multitudine earum re-  
rum <sup>9</sup>, quae exportantur <sup>10</sup>, facile omnibus terris  
<sup>11</sup> antecellat. Itaque haec <sup>12</sup> vobis prouincia,  
Quirites, si & belli vtilitatem, & pacis dignitatem  
sustinere <sup>13</sup> vultis, non modo a calamitate, sed  
etiam a metu calamitatis est defendenda. Nam  
ceteris in rebus cum venit calamitas <sup>14</sup>, tum de-  
trimentum accipitur: at in vectigalibus non so-  
lum aduentus <sup>15</sup> mali <sup>16</sup>, sed etiam metus ipse  
affert calamitatem. Nam cum <sup>17</sup> hostium co-  
piae

<sup>1</sup> Quamvis maiores vestri ipsi nulla iniuria affecti erant.  
<sup>2</sup> Carthaginensibus. <sup>3</sup> quanto cum ardore decet vos defen-  
dere salutem &c. <sup>4</sup> honore. <sup>5</sup> tam exigua. <sup>6</sup> defendendas.  
<sup>7</sup> vt illa vix sufficient aut satis sint. <sup>8</sup> fertilitate. <sup>9</sup> merci-  
num. <sup>10</sup> deuehuntur in alias prouincias. <sup>11</sup> prouinciis. <sup>12</sup>  
Asia. <sup>13</sup> tueri, conseruare. <sup>14</sup> tempestas, quae calamos  
in agris prosternit. <sup>15</sup> praesentia. <sup>16</sup> calamitatis, detri-  
menti. <sup>17</sup> quoniam, quando, dum.

piae non longae absunt, etiamsi <sup>18</sup> irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis <sup>19</sup>, neque ex scriptura <sup>20</sup> vectigal conseruari potest. Quare saepe totius anni fructus <sup>21</sup> uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos <sup>22</sup>, qui vectigalia nobis pensitant <sup>23</sup>, aut eos, qui exercent <sup>24</sup> atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis prope adsint, cum una excursio equitatus <sup>25</sup> perbreui tempore totius anni vectigal auferre possit: cum publicani familias maximas, quas in saltibus <sup>26</sup> habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis <sup>27</sup>, magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus <sup>28</sup> frui posse, nisi eos, qui vobis fru-  
etiosi <sup>29</sup> sunt, conseruaueritis, non solum (ut antea dixi) calamitate <sup>30</sup>, sed etiam calamitatis formidine liberatos <sup>31</sup>?

---

<sup>18</sup> adhuc. <sup>19</sup> decimis, zehenden, decima pars frumenti collecti. <sup>20</sup> vectigal, quod ex decimis colligebatur. <sup>21</sup> prouentus, reditus, vectigal. <sup>22</sup> incolas Asiae. <sup>23</sup> exsolvunt. <sup>24</sup> administrant. <sup>25</sup> equitum. <sup>26</sup> in syluis. <sup>27</sup> an Paesssen, familiae quas habent in custodiis, Zoll-Hege-Weg-Straßen bereuten. <sup>28</sup> vectigalibus. <sup>29</sup> utiles. <sup>30</sup> liberatos. <sup>31</sup> ita ut liberentur a calamitate.

### CAPVT VII.

**A**C ne illud quidem <sup>1</sup> vobis negligendum est, quod mihi ego extremum <sup>2</sup> propofueram, cum ef-

---

<sup>1</sup> Non eriam. <sup>2</sup> ultimo loco dicere.

<sup>3</sup> spe-

essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona ciuium Rom. pertinet <sup>3</sup>: quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio <sup>4</sup> diligenter. Nam & publicani, homines & honestissimi & ornatisimi <sup>5</sup>, suas rationes & copias <sup>6</sup> in illam prouinciam contulerunt <sup>7</sup>: quorum ipsorum perse <sup>8</sup> res, & fortunae <sup>9</sup> curae vobis esse debent. Etenim si vestigalia neroos <sup>10</sup> esse reipubl. semper duximus <sup>11</sup>, eum certe ordinem <sup>12</sup>, qui exercet <sup>13</sup> illa <sup>14</sup>, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. Deinde ceteris ex ordinibus <sup>15</sup> homines gnaui <sup>16</sup> & industriae partim in Asia negotiantur <sup>17</sup>, quibus <sup>18</sup> vos absentibus consulere <sup>19</sup> debetis, partim suas & suorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habent <sup>20</sup>. Erit igitur humanitatis vestrae <sup>21</sup>, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere <sup>22</sup>: sapientiae <sup>23</sup>, videre <sup>24</sup>, multorum ciuium calamitatem a republ. <sup>25</sup> sciunctam esse non posse <sup>26</sup>. Etenim illud primum parui <sup>27</sup> refert, vos publicanis amissa vestigalia postea vi-

sto-

---

<sup>3</sup> spectat. <sup>4</sup> cura. <sup>5</sup> omni laude digni, amplissimi. <sup>6</sup> rem familiarem, opes. <sup>7</sup> miserunt. <sup>8</sup> etiamsi nihil aliud consideretis. <sup>9</sup> bona, opes. <sup>10</sup> robur, firmamentum. <sup>11</sup> putauimus. <sup>12</sup> publicanorum. <sup>13</sup> administrat. <sup>14</sup> vestigalia. <sup>15</sup> statibus, generibus hominum. <sup>16</sup> diligentes. <sup>17</sup> mercaturam exercent. <sup>18</sup> quorum rebus. <sup>19</sup> prospicere. <sup>20</sup> collocarunt. <sup>21</sup> itaque officium vestrum erit. <sup>22</sup> conseruare. <sup>23</sup> ad sapientiam vero vestram spectabit. <sup>24</sup> considerare. <sup>25</sup> a calamitate reipublicae. <sup>26</sup> sed utramque inter se cohaerere. <sup>27</sup> parum interest.

anno 9?

<sup>28</sup> per

ctoria<sup>28</sup> recuperare<sup>29</sup>. Neque enim iisdem<sup>30</sup> redimendi<sup>31</sup> facultas erit propter calamitatem<sup>32</sup>, neque<sup>33</sup> aliis voluntas propter timorem: deinde quod nos eadem Asia, atque idem ille Mithridates initio belli Asiatici docuit, id quidem certa calamitate docti<sup>34</sup> memoria retinere<sup>35</sup> debemus. Nam tum<sup>36</sup>, cum in Asia res<sup>37</sup> magnas permulti amiserant, scimus Romae, solutione impedita, fidem concidisse<sup>38</sup>. Non enim possunt vna in ciuitate multi rem<sup>39</sup> atque fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete<sup>40</sup> remp. & mihi credite id, quod ipsi videtis: haec fides<sup>41</sup>, atque haec ratio<sup>42</sup> pecuniarum, quae Romae, quae in foro<sup>43</sup> versatur<sup>44</sup>, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis, & cohaeret. Ruere illa<sup>45</sup> non possunt, vt haec<sup>46</sup> non eodem labefactata motu<sup>47</sup> concidant<sup>48</sup>. Quare videte, num dubitandum vobis sit<sup>49</sup> omni studio ad id bellum in-

cum.

<sup>28</sup> per viatoriam. <sup>29</sup> restituere, reddere. <sup>30</sup> publicanis. <sup>31</sup> recuperandi, adhuc semel amandi vestigalia. <sup>32</sup> propter damnum, quod passi sunt aut fecerunt. <sup>33</sup> nec erit aliis voluntas haec vestigalia redimendi aut conducendi. <sup>34</sup> qui docti sumus. <sup>35</sup> in memoria perpetua tenere. <sup>36</sup> illo tempore. <sup>37</sup> opes. <sup>38</sup> mercatores omnem fidem amisisse, quoniam plurimi debita sua soluere non poterant. <sup>39</sup> bona sua. <sup>40</sup> defendere debetis. <sup>41</sup> Credit. <sup>42</sup> status, conditio. <sup>43</sup> ubi erant tabernae & mensae argentariorum. <sup>44</sup> tractatur, verkehret wird. <sup>45</sup> pecuniae Asiaticae. <sup>46</sup> pecuniae Romanae. <sup>47</sup> turbatione, calamitate. <sup>48</sup> conturbentur. <sup>49</sup> num vos dubitare debeatis.

<sup>50</sup> omni

cumberet<sup>50</sup>, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunae<sup>51</sup> plurimorum ciuium cum republ. defenduntur.

<sup>50</sup> omni studio contendere. <sup>51</sup> bona.

### CAP VT VIII.

**Q**uoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici<sup>1</sup>, belli genus esse ita necessarium, ut sit<sup>2</sup> gerendum: non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte a vobis, quae<sup>3</sup> diligentissime prouidenda<sup>4</sup> sunt, contemnenda esse videantur. Atque, ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertire<sup>5</sup> laudis, quantum forti viro & sapientissimo homini, & magno imperatori<sup>6</sup> debeatur: dico eius aduentu<sup>7</sup> maximas Mithridatis copias, omnibus rebus<sup>8</sup> ornatas atque instructas fuisse, vrhemque Asiae clarissimam nobisque amicissimam Cyzicenorum obfessam esse ab ipso rege maxima multitudine<sup>9</sup>, & oppugnatam vehementissime, quam L. Lucullus virtute<sup>10</sup>, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberavit: ab eodem<sup>11</sup> imperatore classem magnam, & ornatam<sup>12</sup>, quae ducibus<sup>13</sup> Sertorianis ad Italiam studio

<sup>1</sup> Vere dici. <sup>2</sup> necessario. <sup>3</sup> ea, quae. <sup>4</sup> consideranda.  
<sup>5</sup> tribuere. <sup>6</sup> duci exercitus. <sup>7</sup> cum ipse adueniret. <sup>8</sup> ad bellum gerendum necessariis. <sup>9</sup> exercitu. <sup>10</sup> fortitudine sua. <sup>11</sup> dicam etiam hoc porro, ab eodem &c. <sup>12</sup> omnibus rebus instructam. <sup>13</sup> adducibus Sertorii.

dio inflammato <sup>14</sup> raperetur <sup>15</sup>, superatam esse atque depressam <sup>16</sup>: magnas hostium praeterea copias multis praeliis esse deletas <sup>17</sup>, patefactumque nostris legionibus esse Pontum <sup>18</sup>, qui ante populo Rom. ex <sup>19</sup> omni aditu <sup>20</sup> clausus esset. Sinopen atque Amisum <sup>21</sup>, quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata atque referta, ceterasque urbes Ponti, & Cappadociae permultas uno aditu <sup>22</sup>, atque aduentu esse captas; regem spoliatum <sup>23</sup> regno patrio atque aucto <sup>24</sup>, ad alios se reges, atque alias gentes supplicem <sup>25</sup> contulisse: atque haec omnia saluis populi Rom. sociis, atque integris <sup>26</sup> vestigalibus esse gesta: Satis opinor hoc esse laudis: atque ita, Quirites, ut hoc vos intelligatis, a nullo illorum, qui huic obtrcent legi <sup>27</sup> atque causae <sup>28</sup>, L. Lucullum similiter <sup>29</sup> ex hoc loco esse laudatum.

---

<sup>14</sup> ex odio in Romanos vehementissimo. <sup>15</sup> properaret.  
<sup>16</sup> submersam & obrutam. <sup>17</sup> occisus. <sup>18</sup> regnum Ponticum post fugam Mithridatis. <sup>19</sup> ab. <sup>20</sup> ubique. <sup>21</sup> occupata fuisse. <sup>22</sup> impetu. <sup>23</sup> qui electus & spoliatus. <sup>24</sup> quod a patre & a nocecepserat. <sup>25</sup> auxilium rogantem. <sup>26</sup> ita ut populi Romani socii & vestigalia conseruarentur. <sup>27</sup> qui dissuadent hanc legem a Manilio latam. <sup>28</sup> de qua ego nunc ago. <sup>29</sup> pari modo, tam egregia.

### CAPVT IX.

**R**Equiretur <sup>1</sup> fortasse nunc, quemadmodum, cum haec ita sint, reliquum <sup>2</sup> possit esse magnum bel-

---

<sup>1</sup> Interrogabitur. <sup>2</sup> bellum illud, quod adhuc gerendum est.

bellum. Cognoscite <sup>3</sup>, Quirites, non enim hoc sine causa quaeri videtur. Primum ex suo regno sic <sup>4</sup> Mithridates profugit, vt <sup>5</sup> ex eodem Ponto Medea illa <sup>6</sup> quondam profugisse dicitur: quam praedicant <sup>7</sup> in fuga fratri sui membra in iis locis, qua <sup>8</sup> se <sup>9</sup> parens <sup>10</sup> persequeretur, dissipauisse, vt eorum <sup>11</sup> collectio dispersa, moerorque patrius <sup>12</sup> celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim <sup>13</sup> auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium, quas & a maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas <sup>14</sup> in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit, haec <sup>15</sup> dum nostri <sup>16</sup> colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus <sup>17</sup> effugit. Ita illum <sup>18</sup> in persequendi studio moeror <sup>19</sup>; hos <sup>20</sup> laetitia <sup>21</sup> retardauit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes, rex Armenius, excepit <sup>22</sup>, dissidentemque <sup>23</sup> rebus suis confirmauit <sup>24</sup>, & afflictum <sup>25</sup> erexit, perditumque <sup>26</sup> recreauit <sup>27</sup>. Cuius <sup>28</sup> in regnum posteaquam L. Lucul-

<sup>3</sup> iam igitur attendite ad ea, quae dicam. <sup>4</sup> eodem modo. <sup>5</sup> quemadmodum. <sup>6</sup> de qua in fabulis agitur. <sup>7</sup> de qua dicunt, eam occisi fratri membrorum. <sup>8</sup> per quae loca. <sup>9</sup> Medeiam. <sup>10</sup> pater. <sup>11</sup> membrorum. <sup>12</sup> paternus, quo pater afficeretur. <sup>13</sup> copiam. <sup>14</sup> raptas. <sup>15</sup> hoc aurum & res pretiosas. <sup>16</sup> milites. <sup>17</sup> militum. <sup>18</sup> Lucullum. <sup>19</sup> quoniam aegre ferebat, milites suos aurum colligentes in persequendo Mithridate retardari. <sup>20</sup> milites Romanos. <sup>21</sup> ob praedam. <sup>22</sup> suscepit. <sup>23</sup> desperantem. <sup>24</sup> consolatus est, animum ipsi addidit. <sup>25</sup> tristem. <sup>26</sup> calamitate ingenti affectum. <sup>27</sup> consolatus est. <sup>28</sup> Tigranis.

cullus cum exercitu venit , plures etiam gentes contra imperatorem nostrum <sup>29</sup> concitatae sunt <sup>30</sup>. Erat enim metus iniectus <sup>31</sup> iis nationibus, quas nunquam populus Rom. neque lacestendas <sup>32</sup> bello, neque tentandas putauit. Erat enim alia gravis atque vehemens opinio, quae per animos gentium barbararum peruerterat <sup>33</sup>, fani <sup>34</sup> locupletissimi & religiosissimi <sup>35</sup> diripiendi causa , in eas horas <sup>36</sup> nostrum exercitum esse abductum. Ita nationes multae atque magnae nouo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus , etsi urbem ex Tigranis regno cuperat , & proeliis usus erat secundis <sup>37</sup>, tamen nimia <sup>38</sup> longinquitate locorum, ac desiderio suorum <sup>39</sup> commouebatur. Hic <sup>40</sup> iam plura non dicam. Fuit enim illud extremum <sup>41</sup>, vt ex iis locis <sup>42</sup> a militibus nostris reditus magis <sup>43</sup> maturus <sup>44</sup>, quam processio <sup>45</sup> longior quaereretur <sup>46</sup>. Mithridates autem & suam manum <sup>47</sup> iam confirmarat <sup>48</sup>, & eorum , qui se ex eius regno collegerant , & magnis aduentitiis multorum

re-

---

<sup>29</sup> Lucullum. <sup>30</sup> ad bellum. <sup>31</sup> factus , timebant enim illae gentes, ne Romani conuerterent arma in ipsas. <sup>32</sup> aggrediendas. <sup>33</sup> qua occupati erant animi barbarorum. <sup>34</sup> templi. <sup>35</sup> quod religiose & sancte colebatur. <sup>36</sup> regiones. <sup>37</sup> felicibus. <sup>38</sup> propter nimiam. <sup>39</sup> desiderabat exercitus Romani redire , & detrectabat adeo vltiorem militem. <sup>40</sup> hoc loco autem de hac materia. <sup>41</sup> exitus tandem huius belli fuit. <sup>42</sup> ex regno Tigranis. <sup>43</sup> potius. <sup>44</sup> tempestiuus. <sup>45</sup> progressus vltior. <sup>46</sup> desiderantur. <sup>47</sup> exercitum, <sup>48</sup> iterum collegerat.

49 NO-



regum & nationum copiis <sup>49</sup> iuuabatur. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus <sup>50</sup>, vt regum afflictæ fortunæ <sup>51</sup> facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum <sup>52</sup>, qui aut <sup>53</sup> reges sunt, aut viuunt in regno, quod regale <sup>54</sup> iis nomen magnum & sanctum <sup>55</sup> esse videatur. Itaque tantum vietus efficere potuit, quantum in columnis <sup>56</sup> nunquam <sup>57</sup> est ausus optare. Nam cum se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei praeter spem acciderat, vt illam, posteaquam pulsus erat, terram unquam attingeret: sed in exercitum vestrum, clarum <sup>58</sup> atque vietorem <sup>59</sup>, impetum fecit. Sinite <sup>60</sup> hoc loco, Quirites. (sicut poëtae solent, qui res Romanas scribunt) praeterire me <sup>61</sup> nostram calamitatem; quae tanta fuit, vt etiam ad aures L. Luculli non ex praelio nuntius, sed ex sermone <sup>62</sup> rumor afferret. Hic <sup>63</sup> in ipso illo malo grauisimaque belli offensione <sup>64</sup> L. Lucullus, qui tam aliquia ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, quod <sup>65</sup> imperii diuturnitati modum <sup>66</sup> statuendum veteri ex-

em-

<sup>49</sup> nouis auxiliis. <sup>50</sup> scimus. <sup>51</sup> miser status. <sup>52</sup> eorum misericordiam. <sup>53</sup> aut ipsi. <sup>54</sup> regnum. <sup>55</sup> munitum & immune ab omni violatione & iniuria. <sup>56</sup> si miser factus aut vietus non fuisset. <sup>57</sup> rursus: vt in regnum suum rediret. <sup>58</sup> celebrem ob res fortiter gestas. <sup>59</sup> a quo vietus erat. <sup>60</sup> permittite. <sup>61</sup> vt silentio nunc transem. <sup>62</sup> hominum. <sup>63</sup> illo tempore. <sup>64</sup> damno, amissa victoria. <sup>65</sup> quoniam. <sup>66</sup> ne Lucullus imperium nimis diu retineret.

emplo<sup>67</sup> putauistis, partem militum, qui iam stipendiis confectis erant<sup>68</sup>, dimisit, partem<sup>69</sup> Glabroni tradidit. Multa praetereo consulto<sup>70</sup>: sed ea vos coniectura perspicitis<sup>71</sup>, quantum illud bellum futurum putetis, quod coniungant reges potentissimi, renouent agitatae<sup>72</sup> nationes, suscipiant integrae gentes, nouus imperator vester accipiat, vetere<sup>73</sup> expulso exercitu,

<sup>67</sup> velut olim obseruatum fuit. <sup>68</sup> qui iam stipendia ad tempora militiae impleuerant. <sup>69</sup> exercitus sui. <sup>70</sup> studio, de industria. <sup>71</sup> sed ipsi hoc potestis coniicere. <sup>72</sup> ad bellum concitante. <sup>73</sup> postquam vetus exercitus Luculli est depulsus.

## CAPVT X.

**S**atis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso<sup>1</sup> necessarium, magnitudine<sup>2</sup> pericolosum. Restat, ut de imperatore ad id bellum diligende, ac tantis<sup>3</sup> rebus praeficiendo, dicendum esse videatur. Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium<sup>4</sup> copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putaretis. Nunc vero cum sit unus<sup>5</sup> Cn Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam<sup>6</sup> virtute superauit; quae res est<sup>7</sup>, quae cuiusquam

<sup>1</sup> In se & suo genere. <sup>2</sup> propter magnitudinem suam; tam grauibus ac pericolosis. <sup>4</sup> virtute præditorum, non auarorum. <sup>5</sup> solus. <sup>6</sup> eorum gloriam, quorum in libris frequens est memoria. <sup>7</sup> quid est igitur.

de-

quam animum in hac causa <sup>8</sup> dubium facere possit? Ego enim sic existim, in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine <sup>9</sup> scientior <sup>10</sup> vñquam aut fuit aut esse debuit? qui e ludo <sup>11</sup> atque pueritiae disciplina <sup>12</sup>, bello maximo <sup>13</sup> atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum, atque in militiae disciplinam profectus est? qui extrema pueritia <sup>14</sup> miles fuit summi imperatoris <sup>15</sup>, in eunte <sup>16</sup> adolescentia maximi ipse exercitus imperator: qui saepe cum hoste conflixit <sup>17</sup>, quam quisquam cum iniuncto concertauit, plura bella gessit, quam ceteri legerunt, plures prouincias confecit <sup>18</sup>, quam alii concupinerunt: cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis <sup>19</sup> praecepsit, sed suis imperiis <sup>20</sup>, non offensionibus <sup>21</sup> belli, sed victoriis, non stipendiis <sup>22</sup>, sed triumphis <sup>23</sup> est traducta? Quod denique genus belli esse potest, in quo istam non exercuerit fortuna reipublicae?

Ci-

---

<sup>8</sup> deliberatione. <sup>9</sup> Pompeio. <sup>10</sup> peritior. <sup>11</sup> schola. <sup>12</sup> institutione. <sup>13</sup> in bello maximo contra Cinnam. <sup>14</sup> circa extremos annos pueritiae suae, circa annum aetatis. <sup>15</sup> Syllae. <sup>16</sup> sub initium adolescentiae suae, vel, in iuuentute sua. <sup>17</sup> pugnauit. <sup>18</sup> plures regiones subiugauit & in prouinciae Romanae formam rediget. <sup>19</sup> aliorum. <sup>20</sup> dum ipse in omnibus praeliis fuit imperator, atque ita experientia & vsu fuit edocetus. <sup>21</sup> detrimentis, iacturis. <sup>22</sup> militaribus. <sup>23</sup> frequentibus, quos egit.

Ciuile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex ciuitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus, seruile<sup>24</sup>, nauale<sup>25</sup> bellum, varia & diuersa genera & bellorum & hostium, non solum gesta ab hoc vno, sed etiam confecta<sup>26</sup>, nullam rem esse declarant in vsu<sup>27</sup> militari positam, quae huius viri scientiam fugere possit<sup>28</sup>,

---

<sup>24</sup> bellum, quod serui gerebant in Italia, & cui se immiscabant aliae ciuitates & nationes bellicosae, Germani scilicet & Galli. <sup>25</sup> cum piratis. <sup>26</sup> ad finem perducta. <sup>27</sup> scientia, experientia. <sup>28</sup> quam Pompeius neſciat,

### CAPVT XI.

**I**Am vero virtuti Cn. Pompeii quae potest par oratio inueniri<sup>1</sup>? quid est, quod quisquam<sup>2</sup> aut dignum illo, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum possit afferre? Neque enim illae sunt solae virtutes imperatoriae<sup>3</sup>, quae vulgo<sup>4</sup> existimantur, labor in negotio, fortitudo<sup>5</sup> in periculis, industria in agendo, celeritas in confiendo<sup>6</sup>, consilium in prouidendo: quae tanta sunt in hoc vno<sup>7</sup>, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audiuimus, non fuerunt. Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sylla huius<sup>8</sup> virtute & subsidio confessus est liberatam<sup>9</sup>: testis est Sicilia, quam mul-

---

<sup>1</sup> Virtus Pompeii satis laudari non potest. <sup>2</sup> nemo potest aliquid afferre, quod ille & vos non sciatis. <sup>3</sup> Imperatoris. <sup>4</sup> a vulgo. <sup>5</sup> constantia. <sup>6</sup> in deducendis rebus ad finem. <sup>7</sup> solo Pompeio. <sup>8</sup> Pompeii. <sup>9</sup> fuisse.

10 CH.



multis vndique cinctam <sup>10</sup> periculis non terrore belli, sed celeritate consilii explicauit <sup>11</sup>: testis est Africa, quae magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundauit <sup>12</sup>: testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione <sup>13</sup> patefactum est: testis est Hispania, quae saepissime plurimos hostes ab hoc superatos, prostratosque conspexit: testis est iterum, & saepius Italia, quae cum servili bello tetro <sup>14</sup> periculofoque premeretur, ab hoc <sup>15</sup> auxilium absente expetiuit: quod bellum exspectatione <sup>16</sup> Pompeii attenuatum <sup>17</sup> atque imminutum est, aduentu <sup>18</sup> sublatum ac sepultum <sup>19</sup>: testes vero iam omnes orae <sup>20</sup>, atque omnes exterae gentes ac nationes, denique maria omnia, tum vniuersa, tum in singulis oris <sup>21</sup> omnes sinus <sup>22</sup> atque portus. Quis enim toto mari locus <sup>23</sup> per <sup>24</sup> hos annos aut tam firmum habuit praesidium <sup>25</sup>, vt tutus esset? aut tam fuit abditus, vt lateret? quis <sup>26</sup> nauigauit, qui non se, aut mortis,

aut

<sup>10</sup> circumdatam. <sup>11</sup> liberavit. <sup>12</sup> Africa madida facta fuit sanguine hostium a Pompeio occisorum. <sup>13</sup> postquam Galli a Pompeio vieti fuerunt. <sup>14</sup> turpi, indecoro. <sup>15</sup> Pompeio. <sup>16</sup> solo metu a Pompeio, quem Italia expectabat aduenientem, & hostes metuebant. <sup>17</sup> disiectum. <sup>18</sup> eius, & cum denique Pompeius aduenisset, sublatum penitus fuit bellum hoc seruile. <sup>19</sup> compositum. <sup>20</sup> maritimae, quae infestabantur a piratis. <sup>21</sup> Seeküsten. <sup>22</sup> Meerbusen, in quos se recipere etiam possunt naues. <sup>23</sup> nullus locus. <sup>24</sup> intra, inde aliquot annis. <sup>25</sup> munimentum. <sup>26</sup> quis potuit ita tutus nauigare.

aut feruitutis periculo committeret <sup>27</sup>? cum aut  
hieme, aut referto praedonum <sup>28</sup> mari nauigaretur.  
Hoc tantum <sup>29</sup> bellum, tam turpe, tam vetus <sup>30</sup>,  
tam late diuifum <sup>31</sup> atque dispersum, quis vnquam  
arbitraretur aut ab omnibus <sup>32</sup> imperatoribus vno  
anno, aut omnibus <sup>33</sup> annis ab uno imperatore con-  
fici <sup>34</sup> posse? Quam <sup>35</sup> prouinciam tenuistis a  
praedonibus liberam per hosce annos? quod vecti-  
gal vobis tutum fuit? quem socium defendistis?  
cui praesidio classibus vestris fuistis <sup>36</sup>? quam mul-  
tas <sup>37</sup> existimatis insulas esse desertas? quam mul-  
tas aut metu relictas, aut a praedonibus captas vrbes  
esse sociorum?

---

<sup>27</sup> in periculum praecipitaret. <sup>28</sup> in mari, quod reple-  
tum & occupatum esset a piratis. <sup>29</sup> tam grande & pericu-  
losum. <sup>30</sup> quod diu duravit. <sup>31</sup> diffusum. <sup>32</sup> etiam si  
omnes nostri imperatores vires suas coniunxissent. <sup>33</sup> in-  
tra omnes illos annos, per quos hoc bellum duravit. <sup>34</sup>  
potuisse perduci ad finem. <sup>35</sup> nullam. <sup>36</sup> nemini fuistis  
praesidio, neminem potuistis defendere classibus vestris.  
<sup>37</sup> existimatis.

## CAPVT XII.

**S**Ed quid<sup>1</sup> ego longinqua <sup>2</sup> commemoro? fuit hoc  
quondam, fuit proprium <sup>3</sup> populi Rom. longe  
<sup>2</sup> domo <sup>4</sup> bellare, & propugnaculis <sup>5</sup> imperii socio-  
rum fortunas <sup>6</sup>, non sua tecta <sup>7</sup> defendere. Sociis  
ve-

---

<sup>1</sup> Quare. <sup>2</sup> longe ab oculis vestris remota, in longin-  
quis regionibus acta. <sup>3</sup> haec consuetudo. <sup>4</sup> ab Italia. <sup>5</sup>  
Grenz-Vestungen. <sup>6</sup> bona, tranquillitatem. <sup>7</sup> domos.

<sup>8</sup> dum

vestris ego mare clausum <sup>8</sup> per hosce annos dicam  
fuisse? cum exercitus nostri Brundusio <sup>9</sup> nun-  
quam , nisi summa <sup>10</sup> hieme transmiserint <sup>11</sup>.  
Qui ad vos ab exteris nationibus venirent , ca-  
ptos querar <sup>12</sup> , cum legati populi Romani re-  
demti <sup>13</sup> sint? mercatoribus tutum mare non fu-  
sse dicam , cum duodecim secures <sup>14</sup> in praedo-  
num potestatem peruererint ? Cnidum , Colo-  
phonem , aut Samum , nobilissimas vrbes innu-  
merabilesque alias captas esse commemorem,  
cum vestros portus, atque eos portus , quibus  
vitam & spiritum ducitis <sup>15</sup> , in praedonum fu-  
sse potestate sciatis ? An vero ignoratis portum  
Caietae celeberrimum, atque plenissimum <sup>16</sup> na-  
tum, inspectante <sup>17</sup> praetore, a praedonibus es-  
se direptum <sup>18</sup> ? ex Miseno autem eius ipsi s  
liberos , qui cum praedonibus antea ibi bel-  
lum gesserat , a praedonibus esse sublatos <sup>19</sup> ?  
Nam quid ego Ostiense incommodum <sup>20</sup> , ac-  
que illam labem <sup>21</sup> atque ignominiam rei-  
pub. querar , cum prope <sup>22</sup> inspectantibus

VO-

<sup>8</sup> dum ex metu a praedonibus non ausi sunt nauigare. <sup>9</sup>  
a. <sup>10</sup> medi. <sup>11</sup> trans mare nauigauerint. <sup>12</sup> an querar, eos  
captos fuisse &c. <sup>13</sup> ranzioniret. <sup>14</sup> duo Praetores, quo-  
rum quilibet sex lictores , qui secures gestabant, secum  
habebat. <sup>15</sup> ex quibus portubus frumentum Romam ad-  
uenitur, per quod vitam sustentatis. <sup>16</sup> in quo multae  
erant naues. <sup>17</sup> praesente & rem adspiciente. <sup>18</sup> ausge-  
plündert. <sup>19</sup> raptos & ablatos fuisse. <sup>20</sup> damnum, quod  
praedones intulerunt vrbi Ostiae. <sup>21</sup> maculam, dedecus.  
<sup>22</sup> quasi.

G 3

23 in-

vobis <sup>23</sup>, classis ea, cui consul populi Romani praepositus esset, a praedonibus capta, atque oppresa <sup>24</sup> est? Pro dii immortales, tantamne vnius hominis <sup>25</sup> incredibilis, ac diuina virtus tam breui tempore lucem <sup>26</sup> afferre reip. potuit, vt vos, qui modo <sup>27</sup> ante ostium <sup>28</sup> Tiberinum classem hostium videbatis, ii <sup>29</sup> nunc nullam intra Oceani ostium <sup>30</sup> praedonum nauem esse audiatis? atque haec qua <sup>31</sup> celeritate gesta sint quamquam videtis, tamen a me in dicendo praetereunda non sunt <sup>32</sup>. Quis enim vnguam, aut obeundi negotii, aut consequendi quaestus studio <sup>33</sup>, tam breui tempore tot loca adire <sup>34</sup>, tantos cursus <sup>35</sup> confidere potuit, quam celeriter, Cn. Pompeio duce, bellum impetus <sup>36</sup> nauigauit? qui nondum tempestiuo <sup>37</sup>, ad nauigandum mari Siciliam adiit, Africam explicauit: inde Sardiniam cum classe venit: atque haec tria frumentaria subsidia <sup>38</sup> reipub. firmissimis praesidiis <sup>39</sup>, classibusque muniuit. Inde se cum in Italiam recepisset <sup>40</sup>, duabus <sup>41</sup> Hispaniis, & Gallia Cisalpina praesidiis ac nau-

---

<sup>23</sup> in praesentia vestra. <sup>24</sup> demersa. <sup>25</sup> Pompeii. <sup>26</sup> honorem. <sup>27</sup> paulo ante. <sup>28</sup> locum in quo Tiberis fluvius in mare se effundit. <sup>29</sup> vos ipsi. <sup>30</sup> in toto mari mediterraneo. <sup>31</sup> quanta cum celeritate. <sup>32</sup> tamen ego haec narrare debui. <sup>33</sup> quis enim vnguam mercator, qui negotia sua curat & lucri cupidus est. <sup>34</sup> per tot loca nauigare. <sup>35</sup> nauigationes. <sup>36</sup> classis Pompeii cupida victoriae. <sup>37</sup> cum mare nondum idoneum esset ad nauigationem. <sup>38</sup> ex quibus tribus locis Republica suum frumentum accipit. <sup>39</sup> Garnison, Besatzung. <sup>40</sup> rediisset. <sup>41</sup> ylteriore & citeriore.

<sup>42</sup> post-



nauibus <sup>42</sup> confirmata <sup>43</sup>, missis item in oram Illyrici maris, & in Achiam, omnemque <sup>44</sup> Graeciam nauibus, Italiae duo <sup>45</sup> maria maximis classibus, firmissimisque praesidiis adornauit <sup>46</sup>: ipse autem, ut <sup>47</sup> a Brundisio profectus est, undequinquagesimo <sup>48</sup> die totam ad imperium populi Romani Ciliaciam adiunxit: omnes, qui vbiique praedones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim vnius huius <sup>49</sup> imperio ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque <sup>50</sup> misissent, spem deditio- nis non ademit, obsidesque imperauit <sup>51</sup>. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparuit <sup>52</sup>, ineunte <sup>53</sup> vere suscepit, media aestate confe- cit <sup>54</sup>.

---

<sup>42</sup> postquam confirmauerat, tutas fecerat. <sup>43</sup> & postquam naues miserat. <sup>44</sup> totam. <sup>45</sup> Tyrrhenum & Adria- aticum. <sup>46</sup> muniuit. <sup>47</sup> postquam. <sup>48</sup> quadragesimo nono. <sup>49</sup> Pompeii. <sup>50</sup> qui preeabantur, ne Pompeius vellet in ipsos crudeliter agere. <sup>51</sup> ut darentur obsides in fidem promissorum. <sup>52</sup> parauit se ad hoc bellum. <sup>53</sup> incipiente ver- nali tempore. <sup>54</sup> ad finem perduxit.

### CAPVT XIII.

**E**st haec diuina, atque incredibilis virtus <sup>1</sup> im- peratoris. Quid ceterae <sup>2</sup>, quas paulo ante com- memorare cooperam, quantae, atque quam mul- tae sunt? non enim solum bellandi virtus in sum- mo

---

<sup>1</sup> Fortitudo. <sup>2</sup> virtutes.

mo atque perfecto imperatore quaerenda est <sup>3</sup>: sed multae sunt artes eximiae, huius administrare <sup>4</sup>, comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia <sup>5</sup> debent esse imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia! quanta fide! quante facilitate <sup>6</sup>! quanto ingenio <sup>7</sup>! quanta humanitate! quae breuiter, qualia <sup>8</sup> sint in Cn. Pompeio, consideremus. Summa <sup>9</sup> enim omnia sunt, Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione <sup>10</sup>, quam ipsa per se cognosci atque intelligi possunt. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero <sup>11</sup> putare, cuius in exercitu veneant <sup>12</sup> centuriatus <sup>13</sup>, atque venierint <sup>14</sup>? quid hunc hominem magnum, aut amplum de republ. cogitare <sup>15</sup>, qui pecuniam ex aerario depromptam <sup>16</sup> ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciae magistratibus diuiserit <sup>17</sup>, aut propter avaritiam Romae in quaestu <sup>18</sup> reliquerit? Vestra admurmuratio <sup>19</sup> facit, Quirites,

---

<sup>3</sup> requiritur. <sup>4</sup> famulae, ministrae. <sup>5</sup> ita ut nemini ve-  
llint nocere. <sup>6</sup> comitate, humanitate, ita ut facilem omni-  
bus aditum praebeat. <sup>7</sup> consilio, prudentia, dicendi gra-  
uitate & copia. <sup>8</sup> quam egregie. <sup>9</sup> eximia, praeclera. <sup>10</sup>  
comparatione cum aliis. <sup>11</sup> honore. <sup>12</sup> vendantur, pro-  
stent mercede. <sup>13</sup> officio Centurionum. <sup>14</sup> venditi fuerint.  
<sup>15</sup> an putamus, eum hominem cogitare de amplificando  
honore reipublicae rebus praeclarare gestis. <sup>16</sup> numeratam,  
desumtam. <sup>17</sup> distribuerit. <sup>18</sup> argentariis, ut ea pecunia  
scenori collocetur. <sup>19</sup> murmur, colloquia vestra super  
iis, quae nunc dixi.

20 vt



tes, ut agnoscere <sup>20</sup> videamini, qui haec fecerint. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se <sup>21</sup> voluerit confiteri. Itaque propter hanc auaritiam imperatorum quantas calamitates, quocunque ventum sit <sup>22</sup>, nostri exercitus ferant <sup>23</sup>, quis ignorat? itinera <sup>24</sup>, quae per hosce annos in Italia per agros <sup>25</sup>, atque oppida ciuium Rom. nostri imperatores fecerunt, recordamini <sup>26</sup>: tum <sup>27</sup> facilius statuetis <sup>28</sup>, quid apud exteris nationes fieri existimetis. Vtrum plures <sup>29</sup> arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium vrbes, an hibernis <sup>30</sup> sociorum ciuitates esse deletas <sup>31</sup>? neque enim potest exercitum is continere <sup>32</sup> imperator, qui <sup>33</sup> se ipsum non continet, neque <sup>34</sup> seuerus esse in iudicando, quia si alios in se seueros esse iudices non vult <sup>35</sup>. Hic <sup>36</sup> miramur hunc hominem <sup>37</sup> tantum excellere ceteris <sup>38</sup>, cuius legiones sic <sup>39</sup> in Asiam peruenierunt, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem

---

<sup>20</sup> ut videatur mihi, vos scire & nosse eos, qui hoc fecerunt. <sup>21</sup> se hoc fecisse. <sup>22</sup> in quascunque prouincias vel sociorum vel nostras venerit exercitus. <sup>23</sup> afferant, efficiant. <sup>24</sup> Marches. <sup>25</sup> pagos, prouincias. <sup>26</sup> quanta tunc calamitas fuerit illata nostris agris & oppidis. <sup>27</sup> exinde. <sup>28</sup> iudicabitis. <sup>29</sup> vrbes. <sup>30</sup> Winterquartiere. <sup>31</sup> ruiniret, pressas. <sup>32</sup> in disciplina militari, ab auaritia & rapinis prohibere. <sup>33</sup> qui ipse auarus est & omnia ad se rapit. <sup>34</sup> neque is potest. <sup>35</sup> qui non vult, ut alii de ipsius turpiter factis severe iudicent. <sup>36</sup> hoc loco, adeoque. <sup>37</sup> Pompeium. <sup>38</sup> Imperatoribus. <sup>39</sup> hoc modo.

dem cuiquam pacato nocuisse dicatur <sup>40</sup>? Iam vero quemadmodum <sup>41</sup> milites <sup>42</sup> hibernent, quotidie sermones ac literae perferuntur: non modo, ut sumtum faciat in militem <sup>43</sup>, nemini vis assertur: sed ne cupienti <sup>44</sup> quidem cuiquam permittitur: hiemis <sup>45</sup> enim, non avaritiae <sup>46</sup>, perfugium maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis <sup>47</sup> esse voluerunt.

<sup>40</sup> ut non modo nihil rapuerint milites Pompeio, sed ne pedem quidem mouerint ad eum, qui hostis non esset. <sup>41</sup> quam tranquille & moderate. <sup>42</sup> Pompeii. <sup>43</sup> ad milites sustentandos. <sup>44</sup> sed neque permittitur etiam cuiquam, tametsi velit sumtus facere in milites. <sup>45</sup> repellendae. <sup>46</sup> exercendae. <sup>47</sup> vrbibus, domibus.

## CAPVT XIV.

**A**Ge vero <sup>1</sup>, ceteris in rebus quali sit <sup>2</sup> temperantia, considerate, vnde <sup>3</sup> illam tantam celeritatem & tam incredibilem cursum initum <sup>4</sup> putatis? non enim illum eximia vis <sup>5</sup> remigum, aut ars inaudita quaedam gubernandi <sup>6</sup>, aut venti aliqui noui tam celeriter in ultimas <sup>7</sup> terras pertulerunt, sed hae res, quae ceteros temorari solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu <sup>8</sup> ad praedam aliquam deuocauit, non libido ad voluptatem, non amoenitas <sup>9</sup> ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem <sup>10</sup>, non denique labor ipse ad quietem

<sup>1</sup> Porro autem. <sup>2</sup> quam si temperans Pompeius. <sup>3</sup> ex qua causa. <sup>4</sup> factum esse. <sup>5</sup> labor. <sup>6</sup> regendi naues. <sup>7</sup> extremas, longinquas. <sup>8</sup> nauigatione. <sup>9</sup> locorum. <sup>10</sup> perillustrationem.

21 fcc-



tem<sup>11</sup>: Postremo<sup>12</sup> signa<sup>13</sup>, & tabulas<sup>14</sup>, ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum, quae certi<sup>15</sup> tollenda<sup>16</sup> esse arbitrantur, ea sibi ille<sup>17</sup> ne visenda<sup>18</sup> quidem existimauit. Itaque omnes quidem nunc in his locis<sup>19</sup> Cn. Pompeium, sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de coelo delapsum<sup>20</sup>, intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Romanos hac quondam abstinentia<sup>21</sup>, quod iam nationibus externis incredibile, ac falso memoriae proditum<sup>22</sup> videbatur: nunc imperii nostri splendor<sup>23</sup> illis gentibus lucet<sup>24</sup>: nunc intelligunt, non sine causa maiores suos tum<sup>25</sup>, cum hac temperantia<sup>26</sup> magistratus habebamus, seruire populo Rom. quam imperare aliis maluisse. Iam vero ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberae querimoniae de aliorum iniuriis esse dicuntur<sup>27</sup>, vt is, qui dignitate principibus<sup>28</sup> excellit, facilitate<sup>29</sup> par infimis esse videatur. Iam quantum consilio,

<sup>11</sup> fruendam. <sup>12</sup> ac tandem etiam. <sup>13</sup> imagines, statuas.  
<sup>14</sup> aeneas. <sup>15</sup> Imperatores. <sup>16</sup> auferenda & Romam mitienda. <sup>17</sup> Pompeius. <sup>18</sup> conspicienda. <sup>19</sup> in Asia. <sup>20</sup> a coelo missam. <sup>21</sup> fuisse olim Romae tales viros, qui oblatam munera accipere noluerunt. <sup>22</sup> falso narrari. <sup>23</sup> honor.  
<sup>24</sup> in oculos incurrit, nunc vident illi homines priscam Romanorum virtutem. <sup>25</sup> illo tempore. <sup>26</sup> temperantes.  
<sup>27</sup> iam dicitur, tam facilem aditum patere etiam priuatis hominibus ad Pompeium, & tam libere posse ad eum perferri querelas de illatis iniuriis. <sup>28</sup> maximis etiam Viris.  
<sup>29</sup> quod humanitatem suam.

lio, quantum dicendi grauitate, & copia valeat <sup>30</sup>, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco saepe cognostis. Fidem <sup>31</sup> vero eius inter socios quantam existimari putatis, quam hostes <sup>32</sup> omnium gentium sanctissimam <sup>33</sup> iudicarint? Humanitate iam tanta est, ut difficile dictu sit, vtrum hostes magis virtutem <sup>34</sup> eius pugnantes <sup>35</sup> timuerint, an mansuetudinem victi <sup>36</sup> dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic <sup>37</sup> tantum bellum hoc transmittendum <sup>38</sup> sit, qui ad omnia vestrae memoriae <sup>39</sup> bella confienda diuino quodam consilio natus esse videatur?

---

<sup>30</sup> quam prudens sit, & quantus orator sit. <sup>31</sup> Pompeii. <sup>32</sup> piratae, praedones maritimi. <sup>33</sup> nunquam fuisse violatum a Pompeio. <sup>34</sup> fortitudinem. <sup>35</sup> quando hostes cum Pompeio pugnarunt. <sup>36</sup> postquam victi ab ipso fuerunt. <sup>37</sup> Pompeio. <sup>38</sup> committendum, credendum. <sup>39</sup> aetatis, temporis.

## CAPVT XV.

**E**T quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis, atque imperio militari valet, certe nemini dubium est, quin ea re idem <sup>1</sup> ille imperator plurimum possit <sup>2</sup>. Vehementer <sup>3</sup> autem pertinere ad bella administranda <sup>4</sup>, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat?

cum

---

<sup>1</sup> Pompeius. <sup>2</sup> valeat; quin multam habeat auctoritatem. <sup>3</sup> cum primis. <sup>4</sup> feliciter gerenda.

sho-



cum sciamus homines <sup>5</sup> in tantis rebus <sup>6</sup>, ut aut contemnant, aut <sup>7</sup> metuant, aut oderint, aut ament, opinione <sup>8</sup> non minus famae, quam aliqua certa ratione <sup>9</sup> commoueri. Quod igitur nomen vnquam in orbe terrarum clarius fuit <sup>10</sup>? cuius res gestae pares <sup>11</sup>? de quo homine <sup>12</sup> vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta & tam praeclara iudicia fecistis <sup>13</sup>? An vero ullam usquam esse oram <sup>14</sup> tam desertam putatis, quo <sup>15</sup> non illius diei <sup>16</sup> fama peruaferit, cum vniuersus populus Romanus referto <sup>17</sup> foro, repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus <sup>18</sup> conspici potest, vnum sibi ad commune omnium gentium bellum <sup>19</sup>? Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur; qui quo die a vobis maritimo bello praepositus est imperator, tanta repente vilitas annonae ex <sup>20</sup> summa inopia <sup>21</sup> & caritate rei frumentariae consecuta

ta

<sup>5</sup> homines commoueri. <sup>6</sup> in bellis. <sup>7</sup> Imperatorem aliquem. <sup>8</sup> propter opinionem de fama Imperatoris alicuius. <sup>9</sup> ex causa. <sup>10</sup> quam nomen Pompeii. <sup>11</sup> quis vnam tantas res gessit, quantas Pos. peius? <sup>12</sup> Pompeio. <sup>13</sup> ita ut ipsum maximis honoribus ornaueritis. <sup>14</sup> regionem. <sup>15</sup> ad quam. <sup>16</sup> in quo per legem Gabiniam decretum est, ut Pompeius esset imperator aduersus piratas. <sup>17</sup> cum forum plenum esset populo. <sup>18</sup> haec rostra. <sup>19</sup> aduersus piratas, qui communes erant hostes omnium gentium. <sup>20</sup> post. <sup>21</sup> quae hactenus Romanam prefficerat.

G 7

22 se

ta <sup>22</sup> est, vnius spe & nomine <sup>23</sup>, quantam <sup>24</sup> vix ex summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Iam, accepta <sup>25</sup> in Ponto calamitate ex <sup>26</sup> eo proelio, de quo vos paullo ante iuinitus <sup>27</sup> admonui, cum socii pertimuisserent; hostium opes animique creuissent; satis firmum praesidium provincia non haberet; amissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum id temporis <sup>28</sup> diuinitus <sup>29</sup> Cn. Pompeium ad eas regiones <sup>30</sup> fortuna populi Romani at tulisset <sup>31</sup>. Huius aduentus & Mithridatem insolita <sup>32</sup> inflammatum <sup>33</sup> victoria continuuit <sup>34</sup>, & Tigranem magnis copiis minitantem Asiae retardauit. Et quisquam dubitabit, quid virtute <sup>35</sup> perfecturus sit, qui tantum <sup>36</sup> auctoritate perfecerit? aut quam facile imperio <sup>37</sup>, atque exercitu socios & vectigalia conseruaturus sit, qui <sup>38</sup> ipso nomine ac rumore defenderit?

<sup>22</sup> secuta. <sup>23</sup> quoniam in solius Pompeii nomen omnis spes rei bene gerenda erat posita. <sup>24</sup> vilitatem annonae, <sup>25</sup> postquam ingens acceperamus damnum. <sup>26</sup> post. <sup>27</sup> contra voluntatem meam, non libenter. <sup>28</sup> illo ipso tempore. <sup>29</sup> quasi diuino consilio. <sup>30</sup> quae periculum ingens metuebant. <sup>31</sup> misisset. <sup>32</sup> propter insolitam hastenus. <sup>33</sup> superbientem. <sup>34</sup> prohibuit ut impetum facere non posset. <sup>35</sup> fortitudine sua. <sup>36</sup> tam magnas res. <sup>37</sup> dum ipse Imperator est. <sup>38</sup> qui socios ac vectigalia defendere per solam famam nominis sui potuit.

## CAP VT XVI.

**A**Ge vero, illa res quantam declarat eiusdem hominis <sup>1</sup> apud hostes populi R. auctoritatem, quod

\* Pompeii.

2 dum



quod<sup>2</sup> ex locis tam longinquis, tamque diuersis,  
tam breui tempore omnes vna<sup>3</sup> huic se dedide-  
runt? quod Cretensium legati, cum in eorum  
insula noster imperator exercitusque esset, ad Cn.  
Pompeium in ultimas<sup>4</sup> prope terras venerunt,  
eique<sup>5</sup> se omnes Cretensium ciuitates dedere  
velle dixerunt? Quid<sup>6</sup>? idem ipse Mithridates  
nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum vsque  
in Hispaniam misit? eumque Pompeius legatum  
semper iudicauit<sup>7</sup>, ii, quibus semper erat mole-  
stum<sup>8</sup>, ad eum<sup>9</sup> potissimum<sup>10</sup> esse missum, spe-  
culatorem<sup>11</sup>, quam legatum iudicare maluerunt.  
Potestis igitur iam constituere<sup>12</sup>, Quirites, hanc  
autoritatem multis postea rebus gestis, magnis-  
que vestris iudiciis<sup>13</sup> amplificatam<sup>14</sup>, quantum  
apud illos reges, quantum apud exteris natio-  
nes valituram<sup>15</sup> esse existimetis. Reliquum est, ut  
de felicitate, quam praestare<sup>16</sup> de se ipso nemo  
potest, meminisse<sup>17</sup> & commemorare de altero  
possimus, sicut aequum est homini de potestate  
deorum<sup>18</sup>, timide<sup>19</sup> & pauca dicamus. Ego enim sic  
existi-

---

<sup>2</sup> dum. <sup>3</sup> simul. <sup>4</sup> prope ad fines mundi. <sup>5</sup> & Pompeio.  
<sup>6</sup> quid porro dicam? <sup>7</sup> pro legato eum habuit, quoniam  
a rege erat missus. <sup>8</sup> qui ex inuidia aegre ferebant. <sup>9</sup>  
Pompeium. <sup>10</sup> cumprimis. <sup>11</sup> exploratorem *Spion*. <sup>12</sup>  
certo credere. <sup>13</sup> quae populus tulerat de Pompeio. <sup>14</sup>  
auctam. <sup>15</sup> efficere posse. <sup>16</sup> permittere sibi, exhibere. <sup>17</sup>  
sed meminisse & recordari possimus & narrare, alias fuissent  
felices. <sup>18</sup> sicut aequum est, ut homo de potestate deo-  
rum modeste dicat. <sup>19</sup> non temere, modeste.

existim⁹ <sup>20</sup> Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis Imperatoribus, non solum propter virtutem <sup>21</sup>, sed etiam propter fortunam, saepius imperia <sup>22</sup> mandata atque exercitus esse commissos. Fuit enim profecto quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem <sup>23</sup>, & gloriam, & ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. De huius <sup>24</sup> autem hominis felicitate, quo de  
nunc agimus <sup>25</sup>, hac utar moderatione dicendi <sup>26</sup>, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut praeterita meminisse, reliqua sperare videamur <sup>27</sup>: ne aut inuisā <sup>28</sup> diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum praedicaturus, Quisites, quantas ille res domi <sup>29</sup>, militiaeque <sup>30</sup>, terra, marique, quantaque felicitate gesserit; ut <sup>31</sup> eius semper voluntatibus non modo ciues assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint <sup>32</sup>. Hoc breuissime dicam, neminem vñquam tam impudentem fuisse, qui a diis immoralibus tot & tantas res

ta-

---

<sup>20</sup> statuo. <sup>21</sup> fortitudinem. <sup>22</sup> supremam curam exercitus Romani. <sup>23</sup> magnitudinem nominis & famae. <sup>24</sup> Pompeii. <sup>25</sup> loquimur. <sup>26</sup> ita modeste loquar. <sup>27</sup> sed ita ut velimus sperare, eum felicem fore in rebus posthac gerendis, quemadmodum antehac felix fuit in rebus getiis. <sup>28</sup> odiosa, si dicarem, fortunam esse positam in Pompeii potestate. <sup>29</sup> Romae. <sup>30</sup> in bellis externis. <sup>31</sup> quomodo. <sup>32</sup> fauentes fuerint Pompeio.

33 12-



tacitus <sup>33</sup> auderet optare , quot & quantas dii immortales ad Cn. Pompeium detulerunt <sup>34</sup>. Quod <sup>35</sup> vt illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cum <sup>36</sup> communis salutis atque imperii, tum ipsius hominis causa, (sicuti facitis) velle & optare debetis. Quare cum & bellum ita necessarium sit, vt negligi non possit , ita magnum, vt accuratissime <sup>37</sup> sit administrandum : & cum ei <sup>38</sup> imperatorem praeficerre possitis, in quo sit eximia belli scientia , singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna ; dubitabitis <sup>39</sup>, Quirites , quin hoc tantum boni <sup>40</sup>, quod a diis immortalibus oblatum & datum est, in <sup>41</sup> rempubl. conseruandam, atque amplificandam conferatis <sup>42</sup> ?

---

<sup>33</sup> tacitis votis, in corde suo. <sup>34</sup> contulerunt, ei dede-  
runt. <sup>35</sup> quae magna felicitas. <sup>36</sup> tam. <sup>37</sup> maxima cum cu-  
ra. <sup>38</sup> huic bello. <sup>39</sup> an dubitabitis. <sup>40</sup> bonum, hanc Pom-  
peii felicitatem. <sup>41</sup> ad. <sup>42</sup> impendatis.

### CAPVT XVII.

**Q**uod si Romae Cn. Pompeius priuatus <sup>1</sup> esset  
hoc tempore , tamen ad tantum bellum is <sup>2</sup>  
erat <sup>3</sup> diligendus atque mittendus : nunc cum ad  
ceteras summas utilitates <sup>4</sup> haec quoque oppor-  
tunitas adiungatur, vt iis ipsis locis adsit, habeat  
exercitum, vt ab iis, qui habent <sup>5</sup>, accipere <sup>6</sup> sta-  
tim

---

<sup>1</sup> Priuatam ageret vitam. <sup>2</sup> is solus. <sup>3</sup> esset. <sup>4</sup> bona  
quae in Pompeio sunt. <sup>5</sup> qui iam habent exercitum in pro-  
vinciis Mithridati vicinis. <sup>6</sup> milites necessarios.

<sup>7</sup> dum

tim possit, quid exspectamus? aut cur non ducibus <sup>7</sup> diis immortalibus, eidem, cui cetera summa <sup>8</sup> cum salute reip. commissa sunt, hoc quoque bellum regium <sup>9</sup> committimus? At enim <sup>10</sup> vir clarissimus, reipubl. amantissimus, vestris beneficiis amplissimis affectus <sup>11</sup>, Q. Catulus, itemque summis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditus, Q. Hortensius, ab hac ratione <sup>12</sup> dissentunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis <sup>13</sup> plurimum valuisse, & valere oportere confiteor: sed in hac causa <sup>14</sup> tametsi cognoscitis auctoritates contrarias <sup>15</sup> fortissimorum virorum & clarissimorum, tamen omissis <sup>16</sup> auctoritatibus, ipsa <sup>17</sup> re & ratione exquirere <sup>18</sup> possumus veritatem, atque hoc facilius, quod <sup>19</sup> ea omnia, quae adhuc a me dicta sunt, iidem isti <sup>20</sup> vera esse concedunt <sup>21</sup>, & necessarium bellum esse & magnum, & in vno Cn. Pompeo summa esse omnia. Quid igitur ait Hortensius? si vni omnia tribuenda sunt <sup>22</sup>, vnum dignissimum esse Pompeium: sed ad vnum tamen omnia deferri <sup>23</sup> non

---

<sup>7</sup> dum ipsi dii immortales monstrant, quid nobis faciendum sit. <sup>8</sup> bona, *Qualitaten.* <sup>9</sup> gerendum cum Rege Mithridate. <sup>10</sup> quanquam. <sup>11</sup> honoratus. <sup>12</sup> consilio, mea oratione. <sup>13</sup> occasionibus, temporibus. <sup>14</sup> materia. <sup>15</sup> eorum qui dissuadent legem Maniliam. <sup>16</sup> sepositis paulisper, dum non respicimus ullam auctoritatem in hac causa. <sup>17</sup> per ipsam rem & sanam rationem. <sup>18</sup> inuestigare. <sup>19</sup> quoniam. <sup>20</sup> aduersarii, Catulus & Hortensius. <sup>21</sup> affirmant, me vera dixisse. <sup>22</sup> quod si vni Viro dandum sit summum imperium huius belli.

<sup>23</sup> con-



<sup>23</sup> non oportere. Obsoleuit <sup>24</sup> iam ista oratio, re  
multo magis, quam verbis refutata: Nam tu idem  
<sup>25</sup>, Q. Hortensi, multa pro <sup>26</sup> tua summa copia <sup>27</sup>, ac  
singulari facultate dicendi, & <sup>28</sup> in senatu contra  
virum fortem A. Gabinius grauiter, ornateque di-  
xisti, cum is de vno imperatore contra praedones  
constituendo legem promulgasset, & ex hoc ipso  
loco <sup>29</sup> permulta item <sup>30</sup> contra eam legem verba  
fecisti. Quid <sup>31</sup>? tum <sup>32</sup>, per <sup>33</sup> deos immortales,  
si <sup>34</sup> plus apud populum Rom. auctoritas tua, quam  
ipsius populi Romani salus, & vera <sup>35</sup> causa valuer-  
set, hodie <sup>36</sup> hanc gloriam, atque hoc orbis terrae  
imperium teneremus? Antibi tum <sup>37</sup> imperium  
esse hoc videbatur, cum <sup>38</sup> populi Rom. legati,  
praetores quaestoresque capiebantur? cum ex  
omnibus prouinciis commeatu <sup>39</sup>, & priuato, &  
publico prohibebamur <sup>40</sup>? cum ita clausa <sup>41</sup> erant  
nobis omnia maria, ut neque priuatam rem trans-  
marinam neque publicam iam obire possemus <sup>42</sup>?

<sup>23</sup> committi. <sup>24</sup> nihil iam amplius valet, omnem vim  
amisit. <sup>25</sup> ipse. <sup>26</sup> iuxta. <sup>27</sup> eloquentia. <sup>28</sup> etiam. <sup>29</sup>  
sostris. <sup>30</sup> etiam, perinde, similiter contra eam legem,  
quam Gabinius tulerat. <sup>31</sup> imo. <sup>32</sup> illo tempore. <sup>33</sup> for-  
mula iurandi. <sup>34</sup> si iuxta sententiam tuam lex Gabinia  
lati non fuisset. <sup>35</sup> bona. <sup>36</sup> ad hodie. <sup>37</sup> illo tempo-  
re. <sup>38</sup> quando. <sup>39</sup> Zufuhre von Prouiant. <sup>40</sup> priuabamur.  
<sup>41</sup> impedita gesperret. <sup>42</sup> ut neque priuatorum & mer-  
catorum naues, neque naues reipublicae tuto curare pos-  
sent sua negotia.

CAP.

## CAPVT XVIII.

**Q**vae ciuitas antea vñquam fuit, non dico Atheniensium, quae satis late quondam mare tenuisse <sup>1</sup> dicitur: non <sup>2</sup> Carthaginiensium, qui permultum classe, maritimisque rebus valuerunt <sup>3</sup>: non <sup>4</sup> Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam <sup>5</sup> disciplina <sup>6</sup> naualis & gloria remansit: quae ciuitas antea vñquam tam tenuis <sup>7</sup>, quae tam parua insula fuit, quae non portus suos, & agros, & aliquam partem regionis, atque orae maritimae per se ipsa defenderet? A hercle, aliquot <sup>8</sup> annos continuos ante legem Gabiniam ille populus R. cuius usque ad nostram memoriam nomen inuitum in nauibus pugnis permanferat, magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis, atque imperii caruit <sup>9</sup>. Nos, quorum maiores Antiochum regem classe Perlenque superarunt, omnibusque nauibus pugnis Carthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque <sup>10</sup> vicerunt, ii <sup>11</sup> nullo in loco iam praedonibus pares esse poteramus. Nos quoque, qui antea non modo Italiam tutam habebamus <sup>12</sup>, sed omnes socios in ultimis oris <sup>13</sup> auctoritate nostri impe-

---

\* Imperium tenuisse maritimum. <sup>2</sup> non dico urbem.  
<sup>3</sup> qui multas naues in mari habuerunt. <sup>4</sup> non dico urbem.  
<sup>5</sup> aetatem. <sup>6</sup> fortitudo. <sup>7</sup> parua, vilis. <sup>8</sup> per aliquot. <sup>9</sup>  
 amiserat maximam partem gloriae pristinae & utilitatis.  
<sup>10</sup> fortissimos, alacres. <sup>11</sup> nos ipsi. <sup>12</sup> feceramus. <sup>13</sup> in  
 extremis mundi finibus.



perii saluos praestare <sup>14</sup> poteramus, tum <sup>15</sup>, cum insula Delos tam procul a nobis in Aegaeo mari posita, quo <sup>16</sup> omnes <sup>17</sup> vndeque cum mercibus atque oneribus commeabant <sup>18</sup>, referta <sup>19</sup> diuiniis, parua, sine muro nihil timebat: iidem <sup>20</sup> non modo prouinciis, atque oris Italiae maritimis, ac portibus nostris, sed etiam Appia iam via <sup>21</sup> carebamus: & his temporibus non pudebat magistratus <sup>22</sup> populi Romani in hunc ipsum locum <sup>23</sup> ascendere, cum eum <sup>24</sup> vobis maiores vestri exuuiis nauticis <sup>25</sup>, & clasium spoliis ornatum reliquissent.

---

<sup>14</sup> tueri. <sup>15</sup> illo tempore. <sup>16</sup> ad quam. <sup>17</sup> mercatores. <sup>18</sup> nauigabant. <sup>19</sup> plena, abundans. <sup>20</sup> nos ipsi. <sup>21</sup> quam infestare cooperant praedones. <sup>22</sup> Senatores & consules, qui summum magistratum in vrbe gerebant. <sup>23</sup> in rostra. <sup>24</sup> hunc locum. <sup>25</sup> Antiarum nauibus, quarum rostris affixis hic locus exornatus erat.

### CAPVT XIX.

**B**ONO <sup>1</sup> te animo tum <sup>2</sup>, Q. Hortensi, populus R. & ceteros, qui <sup>3</sup> erant in eadem sententia, dicere existimauit ea, quae sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus Rom. dolori suo <sup>4</sup> maluit, quam auctoritati vestrae obtemperare. Itaque vna lex <sup>5</sup>, unus vir <sup>6</sup>, unus annus, non modo nos illa

---

<sup>1</sup> Ex bono. <sup>2</sup> illo tempore. <sup>3</sup> qui idem tecum sentiebant. <sup>4</sup> tristitiae suae, dum dolebat populus, mare clausum esse a praedonibus, & ideo factam esse annonae caritatem. <sup>5</sup> Gabinia. <sup>6</sup> Pompeius.

7 ab



illa <sup>7</sup> miseria ac turpitudine liberauit, sed etiam effecit, vt aliquando <sup>8</sup> vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra, marique imperare. Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam,anne Pompeio, an utriusque <sup>9</sup> (id quod est verius) ne legaretur <sup>10</sup> A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti <sup>11</sup> ac postulanti? Vtrum <sup>12</sup> ille, qui postulat legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus <sup>13</sup> non est, qui impetrat <sup>14</sup>, cum <sup>15</sup> ceteri ad expilandos socios <sup>16</sup>, diripiendasque prouincias, quos <sup>17</sup> voluerunt, legatos eduxerint? an ipse, cuius lege <sup>18</sup> salus ac dignitas populo Rom. atque omnibus gentibus constituta <sup>19</sup> est, expers esse <sup>20</sup> debet gloriae eius <sup>21</sup> imperatoris, atque eius exercitus, qui consilio ipsius, atque periculo est constitutus? an C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Coelius Latinensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cum trib. pl. fuissent, anno proximo legati esse potuerunt; in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes <sup>22</sup>, qui <sup>23</sup> in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc imperatore, atque exercitu, quem per

---

<sup>7</sup> ab illa. <sup>8</sup> tandem adhuc. <sup>9</sup> & in eo indignius atque iniquius factum esse videtur mihi, quod post legem latam tamen quidam aduersati sunt, nescio, an Gabinio, an Pompeio, an vero ambobus. <sup>10</sup> legatus & vicarius daretur. <sup>11</sup> qui petebat, Gabinium sibi dari legatum. <sup>12</sup> annon. <sup>13</sup> dignus. <sup>14</sup> qui id impetrat, quod petit. <sup>15</sup> cum tamen. <sup>16</sup> vexandos. <sup>17</sup> quoscunque. <sup>18</sup> per cuius legem. <sup>19</sup> restituta, confirmata. <sup>20</sup> carere, priuari, <sup>21</sup> huius. <sup>22</sup> inimici sunt tam solliciti, cauti, scrupulosi. <sup>23</sup> qui tamen Gabinius.

<sup>24</sup> cum



pervos <sup>24</sup> ipse constituit, etiam praecipuo iure esse deberet <sup>25</sup> de <sup>26</sup> quo legando spero consules ad senatum relatiuros <sup>27</sup>: qui <sup>28</sup> si dubitabunt <sup>29</sup>, aut grauabuntur <sup>30</sup>, ego me profiteor relaturum: neque me impediet cuiusquam, Quirites, inimicum edictum, quo minus <sup>31</sup> fretus vobis <sup>32</sup>, vestrum ius, beneficiumque defendam: neque praeter intercessionem <sup>33</sup>, quidquam audiam <sup>34</sup>: de qua <sup>35</sup> (vt arbitror) isti ipsi, qui minantur, etiam atque etiam <sup>36</sup>, qui <sup>37</sup> id liceat, considerabunt. Mea <sup>38</sup> quidem sententia, Quirites, vnuis <sup>39</sup> A. Gabinius, belli maritimi, rerumque gestarum auctor, comes <sup>40</sup> Cn. Pompeio adscribitur <sup>41</sup>, propterea quod alter <sup>42</sup> vni <sup>43</sup> id bellum suscipiendum vestris suffragiis <sup>44</sup> detulit <sup>45</sup>, alter <sup>46</sup> delatum <sup>47</sup> suscepimusque confecit <sup>48</sup>.

<sup>24</sup> cum vestra voluntate, iussu vestro. <sup>25</sup> prae caeteris omnibus mitti deberet legatus. <sup>26</sup> vt vero hic Gabinius detur legatus. <sup>27</sup> Consules dicturos esse in Senatu. <sup>28</sup> Consules. <sup>29</sup> si non audebunt. <sup>30</sup> id non libenter facient. <sup>31</sup> quin, vt non. <sup>32</sup> dum innitor vestra voluntate & consensu. <sup>33</sup> prohibitionem publicam. <sup>34</sup> respectiren. <sup>35</sup> intercessione. <sup>36</sup> diu, saepe. <sup>37</sup> quatenus, quomodo. <sup>38</sup> ex mea. <sup>39</sup> soles. <sup>40</sup> legatus. <sup>41</sup> datur. <sup>42</sup> Gabinius. <sup>43</sup> Pompeio. <sup>44</sup> iuxta consensum vestrum. <sup>45</sup> commisit. <sup>46</sup> Pompeius. <sup>47</sup> bellum, quod ipsi commissum erat. <sup>48</sup> ad finem feliciter perduxit.

## CAPVT XX.

**R**Eliquum est, vt de Q. Catuli auctoritate & sententia dicendum esse videatur: qui cum ex <sup>1</sup>

VO-

<sup>1</sup> 2.<sup>2</sup> 5.

vobis quaereret, si in vno Cn. Pompeio omnia poneretis<sup>2</sup>, si quid de eo factum esset<sup>3</sup>, in quo spem essetis habituri: cepit magnum suae virtutis fructum<sup>4</sup>, ac dignitatis, cum omnes prope vna<sup>5</sup> voce in eo ipso<sup>6</sup> vos spem habituros esse dixistis<sup>7</sup>. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta<sup>8</sup> sit, ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute confidere possit, sed in hoc ipso<sup>10</sup> ab eo vehementissime dissentio, quod<sup>11</sup>, quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis respubl. dum<sup>12</sup> per deos immortales licet<sup>13</sup>, frui<sup>14</sup>, debet summi hominis vita atque virtute. At enim<sup>15</sup> nihil noui fiat contra exempla atque instituta<sup>16</sup> maiorum. Non dico hoc loco maiores nostros semper in pace consuetudini<sup>17</sup>, in bello utilitati patuisse<sup>18</sup>, semper ad<sup>19</sup> nouos casus temporum, nouorum consiliorum rationes accommodasse<sup>20</sup>, non dicam duo bella maxima, Punicum & Hispaniense, ab uno<sup>21</sup> imperatore esse confecta: duas urbes potentissimas,

---

<sup>2</sup> si bellum hoc soli Pompeio administrandum committeretis. <sup>3</sup> si continget eum mori; si quid humani Pompeio accideret. <sup>4</sup> utilitatem, honorem. <sup>5</sup> vnanimi. <sup>6</sup> Catulo. <sup>7</sup> respondistis Catulo interroganti. <sup>8</sup> tam grauis. <sup>9</sup> sua. <sup>10</sup> quod Catulus putat, Pompeio hoc bellum Mithridaticum non esse committendum. <sup>11</sup> quoniam. <sup>12</sup> quatenus, quamdiu, quoisque. <sup>13</sup> dum dii hoc sinunt, ut possimus frui felicitate Pompeii. <sup>14</sup> fructum & commoditatem capite ex vita & virtute eius. <sup>15</sup> ita porro obiicit Catulus. <sup>16</sup> mores, Verordnungen. <sup>17</sup> paruisse. <sup>18</sup> obseruasse eam. <sup>19</sup> circa. <sup>20</sup> pro ratione temporum & casuum nouorum, noua etiam iniisse consilia. <sup>21</sup> P. Scipione Aemiliano.

<sup>22</sup> in.



mas, quae huic imperio maxime minabantur <sup>22</sup>, Carthaginem atque Numantiam ab eodem Scipione esse deletas: non commemorabo, ni per ita vobis patribusque <sup>23</sup> vestris esse visum <sup>24</sup>, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret. In ipso Cn. Pompeio, in quo noui <sup>25</sup> constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint noua <sup>26</sup>, summaque <sup>27</sup> Catuli voluntate constituta, recordamini.

---

<sup>22</sup> interitum. <sup>23</sup> Senatoribus. <sup>24</sup> placuisse. <sup>25</sup> nouum. <sup>26</sup> quae in aliis Imperatoribus antea non fuerunt. <sup>27</sup> quae ipse etiam Catulus libenter fassus est esse in Pompeio.

### CAPVT XXI.

**Q**uid <sup>1</sup> enim tam nouum, quam adolescentulum priuatum <sup>2</sup>, exercitum difficultili <sup>3</sup> reipublicae tempore confidere <sup>4</sup>? confecit; huic <sup>5</sup> praeesse? praefuit; rem optime ductu suo gerere? gessit. Quid tam praeter consuetudinem, quam homini peradolescenti, cuius a senatorio gradu <sup>6</sup> aetas <sup>7</sup> longe abesset, imperium atque exercitum dari? Siciliam permitti, atque Africam, bellumque in ea administrandum? Fuit <sup>8</sup> in his prouinciis singulari innocencia,

---

<sup>1</sup> Ut igitur aliqua noua & insolita recenseam, quae in Pompeio sunt, quid esse potest tam nouum? <sup>2</sup> qui priuatam adhuc vitam agebat, & nondum gesserat magistratum. <sup>3</sup> cum difficultia & periculosa essent reipublicæ tempora, ob bellum ciuile cum Carbone. <sup>4</sup> colligere, comparare. <sup>5</sup> huic bello. <sup>6</sup> honore. <sup>7</sup> adhuc iuuenilis. <sup>8</sup> se præbuit, vixit.

H

<sup>9</sup> in-

tia <sup>9</sup>, grauitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit <sup>10</sup>, victorem exercitum deportauit <sup>11</sup>. Quid vero tam inauditum, quam equitem Rom. triumphare? at eam quoque rem populus Romanus non modo vidit, sed etiam studio <sup>12</sup> omni visendam putauit. Quid tam inusitatum, quam vt, cum duo consules clarissimi fortissimique essent <sup>13</sup>, eques Roman. ad bellum maximum formidolosissimumque pro <sup>14</sup> consule mitteretur? missus est <sup>15</sup>. Quo quidem tempore, cum esset non nemo <sup>16</sup> in senatu, qui diceret, NON O-  
PORTERE MITTI <sup>17</sup> HOMINEM PRIVA-TVM PRO CONSVLE: L. Philippus dixisse dicitur, NON SE ILLVM SVA <sup>18</sup> SENTEN-TIA PRO CONSVLE, SED PRO CONSV-LIBVS <sup>19</sup> MITTERE. Tanta in eo <sup>20</sup> reipub. bene gerendae spes constituebatur, vt duorum consulum munus <sup>21</sup> vnius adolescentis virtuti <sup>22</sup> committeretur. Quid tam singulare, quam vt ex <sup>23</sup> senatus consulto legibus solutus <sup>24</sup> consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges <sup>25</sup> capere <sup>26</sup> licuisset? quid tam incredibile, quam

<sup>9</sup> integritate. <sup>10</sup> ad finem perduxit. <sup>11</sup> cum classe re-duxit in patriam. <sup>12</sup> cupiditate. <sup>13</sup> adeissent. <sup>14</sup> loco Consulis. <sup>15</sup> & tamen hic Pompeius missus est. <sup>16</sup> ali quis. <sup>17</sup> ad bellum cum summo imperio. <sup>18</sup> iuxta suam sententiam. <sup>19</sup> loco utriusque Consulis. <sup>20</sup> Pompeio. <sup>21</sup> officium. <sup>22</sup> fortitudini. <sup>23</sup> iuxta decretum Senatus. <sup>24</sup> per dispensationem; vti loqui solemus. <sup>25</sup> quod alias le-ges postulant. <sup>26</sup> gerere. Sensus est: fiebat Consul, et si nondum habebat eos annos, qui per leges requirebantur ad gerendum Consulatum.

27 sec



quam ut iterum <sup>27</sup> eques Rom. ex S. C. triumpharet? quae in omnibus <sup>28</sup> hominibus noua post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam haec, quae in hoc uno homine videntur. Atque haec tot exempla, tanta, ac tam noua, profecta <sup>29</sup> sunt in eundem hominem a Q. Catulo, atque a <sup>30</sup> ceterorum eiusdem <sup>31</sup> dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

<sup>27</sup> secunda vice. <sup>28</sup> quod si etiam omnes homines cogitemus, quibus aliquid noui permisum fuit, tamen tot noua in omnibus simul non fuerunt, quot in Pompeio. <sup>29</sup> venerunt, collata, permissa sunt, profluxerunt. <sup>30</sup> ex voluntate Q. Catuli. <sup>31</sup> qui in pari sunt auctoritate cum Q. Catulo.

## CAPVT XXII.

**Q**uare videant, ne <sup>1</sup> sit periniquum <sup>2</sup>, & non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate a vobis comprobatam semper esse <sup>3</sup>, vestrum ab illis <sup>4</sup> de eodem homine <sup>5</sup> iudicium populi Rom. auctoritatem improbari <sup>6</sup>, praesertim cum iam suo iure <sup>7</sup> populus Roman. in hoc homine suam auctoritatem vel <sup>8</sup> contra omnes, qui dissentunt, possit defendere: propterea quod <sup>9</sup> istis <sup>10</sup> reclamantibus <sup>11</sup>, vos unum illum ex omnibus delegatis,

<sup>1</sup> Annon. <sup>2</sup> valde iniquum. <sup>3</sup> cum illorum nunc aduersariorum nostrorum auctoritas auxerit dignitatem Pompeii, quod vos etiam laudauistis. <sup>4</sup> Catulo & Hortensio. <sup>5</sup> Pompeio. <sup>6</sup> nunc reiici. <sup>7</sup> vi iuris, quod habet populus Romanus. <sup>8</sup> etiam. <sup>9</sup> quoniam. <sup>10</sup> Catulo & Hortensio. <sup>11</sup> nolentibus, aduersantibus.

stis, quem <sup>12</sup> bello praedonum p<sup>r</sup>aeponeretis. Hoc si vos temere <sup>13</sup> fecistis & reip. parum <sup>14</sup> consuistis; recte isti <sup>15</sup> studia <sup>16</sup> vestra suis consiliis regere <sup>17</sup> conantur: sin <sup>18</sup> autem vos plus <sup>19</sup> tum <sup>20</sup> in repub. vidistis, vos, his <sup>21</sup> repugnantibus, per <sup>22</sup> vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis <sup>23</sup>; aliquando <sup>24</sup> isti <sup>25</sup> principes, & sibi, & ceteris, populi Rom. vniuersi auctoritati parendum esse fateantur <sup>26</sup>. Atque in hoc bello Asiatico & regio <sup>27</sup>, non solum militaris illa virtus, quae est in Cn. Pompeio singularis, sed aliae quoque virtutes animi multae, & magnae requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Syria, regnisque interiorum nationum ita versari <sup>28</sup> vestrum imperatorem, ut nihil aliud quam de hoste ac de laude cogitet <sup>29</sup>: deinde etiam si qui <sup>30</sup> sunt pudore ac temperantia mode-

ra.

<sup>12</sup> cui committeretis bellum cum praedonibus gerendum. <sup>13</sup> inconsulto, temerarie, <sup>14</sup> non satis recte aut prudenter. <sup>15</sup> Catulus & Hortensius. <sup>16</sup> suffragia, voluntatem. <sup>17</sup> moderari suaderet vobis & dissuaderet. <sup>18</sup> quodsi. <sup>19</sup> accuratius. <sup>20</sup> illo tempore. <sup>21</sup> tametsi hi noluerunt. <sup>22</sup> vestro arbitrio, contra horum voluntatem, <sup>23</sup> dum tam feliciter piratico bello p<sup>r</sup>aefecistis Pompeium. <sup>24</sup> tandem. <sup>25</sup> clarissimi viri. <sup>26</sup> fateantur, necesse esse, ut ipsi & ceteri aduersarii pareant auctoritari & voluntati totius populi Romani. <sup>27</sup> quod contra reges, Mithridatem & Tigranem geritur. <sup>28</sup> viuere. <sup>29</sup> vt in tam diuitibus provinciis non tam lucrum suum quaerat, quam potius gloriam ab hoste vincendo. <sup>30</sup> aliqui imperatores.

31 nov



ratores, tamen eos esse tales <sup>31</sup> propter multitudinem cupidorum <sup>32</sup> hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu <sup>33</sup>, Quirites, quanto in odio simus apud exteris nationes propter eorum <sup>34</sup>, quos ad eos <sup>35</sup> per hos <sup>36</sup> annos cum imperio misimus, iniurias <sup>37</sup> ac libidines. Quod enim fanum <sup>38</sup> putatis in illis terris <sup>39</sup>, nostris magistratibus religiosum <sup>40</sup>? quam ciuitatem sanctam <sup>41</sup>? quam domum satis clausam ac munitam fuisse? vrbes iam locupletes ac copiosae <sup>42</sup> requiruntur <sup>43</sup>, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter haec coram <sup>44</sup> cum Q. Catulo & Q. Hortensio disputarem, summis & clarissimis viris, Nouerunt enim sociorum vulnera <sup>45</sup>, vident eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione <sup>46</sup>, contra socios atque amicos? quae ciuitas est in Asia, quae non modo imperatoris, aut legati, sed vnius tribuni militum animos ac spiritus <sup>47</sup> capere <sup>48</sup> possit?

---

<sup>31</sup> non auaros, temperantes. <sup>32</sup> auarorum. <sup>33</sup> non potest satis dici. <sup>34</sup> Imperatorum. <sup>35</sup> exteris nationes. <sup>36</sup> inde ab aliquot annis. <sup>37</sup> rapinas, furta. <sup>38</sup> templum. <sup>39</sup> prouinciis. <sup>40</sup> inuiolatam mansisse. <sup>41</sup> inuiolatam. <sup>42</sup> in quibus rerum omnium copia est. <sup>43</sup> desiderantur a nostris auaris Imperatoribus. <sup>44</sup> oretenus. <sup>45</sup> iniurias sociis illatas. <sup>46</sup> dum simulant & praetendunt Imperatores auari, se ducere exercitum contra hostem, cum tamen potius eum ducent contra socios & amicos nostros diuites, quos volunt diripere. <sup>47</sup> auaros. <sup>48</sup> satiare, continere a rapienis, iniuriis.

## CAPVT XXIII.

**Q**uare, etiam si quem<sup>1</sup> habetis, qui collatis si-  
gnis<sup>2</sup> exercitus regios superare posse videa-  
tur: tamen nisi erit idem<sup>3</sup>, qui se a pecuniis so-  
ciorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui  
ab ornamentis fanorum atque oppidorum, qui  
ab auro, gazaque regia, manus, oculos, animum  
cohibere<sup>4</sup> possit; non erit idoneus, qui ad bel-  
lum Asiaticum regiumque mittatur<sup>5</sup>. Ecquam  
<sup>6</sup> putatis ciuitatem pacatam<sup>7</sup> fuisse, quae locu-  
ples sit? ecquam esse locupletem, quae istis<sup>8</sup> pa-  
cata esse videatur? Ora<sup>9</sup> maritima, Quirites, Cn.  
Pompeium non solum propter rei militaris glo-  
riam, sed etiam propter animi continentiam<sup>10</sup>  
requisiuit<sup>11</sup>. Videbat enim praetores locupletari  
quotannis pecunia publica<sup>12</sup>, praeter paucos: ne-  
que nos quidquam aliud adsequi classium nomi-  
ne, nisi ut detrimentis accipiendis<sup>13</sup> maiore affici  
turpitudine videremur. Nunc qua<sup>14</sup> cupiditate  
homines in prouincias, quibus iacturis<sup>15</sup>, quibus  
conditionibus proficiscantur, ignorant videlicet

<sup>16</sup> illi,

---

<sup>1</sup> Aliquem alium imperatorem praeter Pompeium. <sup>2</sup> in  
praelio. <sup>3</sup> nisi ita erit cooperator. <sup>4</sup> absinere. <sup>5</sup> cum  
summo imperio. <sup>6</sup> ecce vero quam. <sup>7</sup> liberam fuisse a di-  
reptione imperatorum, etiam si ea bello caruerit. <sup>8</sup> rapa-  
cibus Imperatoribus. <sup>9</sup> regiones mari adiacentes. <sup>10</sup> tem-  
perantiam. <sup>11</sup> studiose quaesivit, ut ille praeficeretur bello  
piratico. <sup>12</sup> per eam pecuniam, quae ex vestigalibus redi-  
bat. <sup>13</sup> dum detrimenta maxima accipimus. <sup>14</sup> quanta  
cum cupiditate & auaritia. <sup>15</sup> in commodis nostris.

<sup>16</sup> Iro-

<sup>16</sup> isti <sup>17</sup>, qui ad vnum <sup>18</sup> deferenda esse omnia non arbitrantur? quasi vero Cn. Pompeium non cum <sup>19</sup> suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis <sup>20</sup> magnum esse videamus. Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui inter annos tot <sup>21</sup> vnis inuentus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quod si auctoritatibus <sup>22</sup> hanc causam, Quirites, confirmandam putatis, est vobis auctor <sup>23</sup> vir bellorum omnium, maximarumque rerum peritissimus P. Seruilius: cuius tantae res gestae terra marique extiterunt <sup>24</sup>, vt, cum de bello deliberetis, auctor <sup>25</sup> vobis grauior esse nemo debeat: est C. Curio summis vestris beneficiis, maximeisque rebus gestis, summo ingenio & prudentia praeditus: est Cn. Lentulus, in quo omnes pro <sup>26</sup> amplissimis vestris honoribus <sup>27</sup>, summum consilium, summam grauitatem esse cognoscitis: est C. Castius, integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, vt <sup>28</sup> horum auctoritatibus, illorum orationi, qui dissentient, respondere posse videamur.

---

<sup>16</sup> Ironia. <sup>17</sup> Catulus & eius socii. <sup>18</sup> solum Pompeium. <sup>19</sup> tam. <sup>20</sup> ex comparatione virtutum Pompeii, cum vitiis aliorum Imperatorum. <sup>21</sup> inde a tam multis annis. <sup>22</sup> exemplis, quae opponi possint Catulo. <sup>23</sup> suadet hoc etiam vobis. <sup>24</sup> fuerunt. <sup>25</sup> suasor, cuius auctoritas magis respici debeat. <sup>26</sup> iuxta. <sup>27</sup> qui in illum a vobis collocati fuerunt. <sup>28</sup> quomodo, quam egregie.

#### CAP VT XXIV.

**Q**vae cum ita sint, C. Manili, primum istam tuam & legem, & voluntatem, & sententiam laudo,

H 4



do, vehementissimeque comprobo: deinde te  
hortor, ut auctore populo Rom.<sup>1</sup> maneas in sen-  
tentia, neue cuiusquam vim, aut minas pertime-  
scas. Primum in te satis esse animi<sup>2</sup>, perseue-  
rantiaeque arbitror: deinde cum tantam mul-  
titudinem<sup>3</sup> cum tanto studio<sup>4</sup> adesse videa-  
mus, quantam non iterum<sup>5</sup> in eodem homine  
praeficiendo<sup>6</sup> vidimus; quid est, quod aut de  
re aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego  
autem, quidquid in me est studii<sup>7</sup>, consilii, la-  
boris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi R.  
atque hac potestate praetoria<sup>8</sup>, quidquid aucto-  
ritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc  
rem conficiendam tibi & populo Rom. pollice-  
or & defero<sup>9</sup>, testorque omnes deos, & eos ma-  
xime, qui huic loco temploque<sup>10</sup> praesident, qui  
omnium mentes eorum, qui ad rem publ. adeunt,  
<sup>11</sup> maxime perspiciunt, me hoc neque rogatu fa-  
cere cuiusquam, neque quo<sup>12</sup> Cn. Pompeii gra-  
tiam<sup>13</sup> mihi per hanc causam<sup>14</sup> conciliari pu-  
tem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine<sup>15</sup>,  
aut praesidia periculis, aut adiumenta hono-  
ribus quaeram: propterea quod pericula facile, vt  
<sup>16</sup> hominem praestare oportet, innocentia tecti  
<sup>17</sup> pel-

---

<sup>1</sup> Quoniam ita iubet populus Romanus. <sup>2</sup> fortitudi-  
nis, Resolution. <sup>3</sup> populi. <sup>4</sup> fauore. <sup>5</sup> alioquin, alio  
tempore, antehac. <sup>6</sup> quando Pompeius praefici bello de-  
buit. <sup>7</sup> fauoris, officii. <sup>8</sup> dum ego iam Praetor sum.  
<sup>9</sup> offero. <sup>10</sup> foro ac rostris. <sup>11</sup> gubernant. <sup>12</sup> vt, quod.  
<sup>13</sup> fauorem. <sup>14</sup> hanc leg's suasionem. <sup>15</sup> honoribus.  
<sup>16</sup> velut.

<sup>17</sup> dum

<sup>17</sup> pellemus, honorem autem neque ab uno <sup>18</sup>, neque ex hoc loco, sed eadem nostra illa laboriosissima ratione vitae <sup>19</sup>, si vestra voluntas feret, consequemur. Quamobrem, quidquid in hac causa mihi suscepsum <sup>20</sup> est, Quirites, id omne me reipublicae causa suscepisse confirmo: tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quaesuisse videar, ut multas etiam similitates partim obscuras, partim apertas intelligam, mihi non necessarias <sup>21</sup>, vobis non inutilles, suscepisse. Sed ego me hoc honore praeditum, tantis vestris beneficiis affectum <sup>22</sup>, statui <sup>23</sup>, Quirites, vestram voluntatem, & reipublicae dignitatem, & salutem prouinciarum atque sotorum, meis omnibus commodis & rationibus <sup>24</sup> praeferre oportere.

<sup>17</sup> dum innocentia mea me tuetur. <sup>18</sup> Pompeio. <sup>19</sup> per eloquentiam, qua defendo priuatos viros. <sup>20</sup> a me actum. <sup>21</sup> quarum ego quidem libenter carere possem & vellem, sed libenter tamen eas in me suscipiam, dummodo ex iis aliqua utilitas ad vos profluat. <sup>22</sup> postquam ornatus & affectus. <sup>23</sup> iudicau. <sup>24</sup> utilitati priuatae.

### SENENTIAE.

**V**estigalia sunt nerui reipublicae.

Sapientiae est videre, multorum ciuium calamitatem a republica seiuinetam esse non posse.

Non possunt una in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.

H 5

Regum



Regum afflictatae fortunae facile multorum opes  
alliciunt ad misericordiam, maximeque eorum, qui  
aut reges sunt, aut viuunt in regno; quod regale iis  
nomen magnum sanctum esse videatur.

In summo imperatore has virtutes inesse oportet,  
scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felici-  
tatem.

Hiemis, non auaritiae per fugium maiores nostri in  
sociorum amicorum tectis esse voluerunt.

Auctoritas multum in bellis administrandis atque  
imperio militarivalet.

Certum est, homines in magnis rebus, ut aut con-  
temnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, op-  
pinione non minus famae, quam aliqua certa ratione  
commoueri.

Magnis imperatoribus non solum propter virtutem,  
sed etiam propter fortunam, saepius imperia manda-  
ta, atque exercitus sunt commissi.

Quo minus certa est hominum ac minus diuturna  
vita, hoc magis res publica, dum per deos immorta-  
les licet, frui debet summi hominis vita atque vir-  
tute.

Dii omnium mentes eorum, qui ad rem publicam  
adeunt, maxime perspiciunt.

Viro bono statutum esse debet, populi voluntatem  
reipublicae dignitatem, & salutem prouinciarum  
atque sociorum, omniibus suis comedis & rationi-  
bus praeferre.

ORA-



## ORATIO VI.

quae est prima

## IN L. CATILINAM.

Argumentum Orationis I. in Catilinam.

**L.** Sergius Catilina, nobilis genere, & Africae nuper Propraetor luxuria & quae inde exoritur, egestate commotus, urbis incendendae, & procerum interficiendorum consilia cepit, in societatem assumtis Lentulo iterum Praetore, Cethego, aliisque nobilissimis, nec non nequissimis quoque Romanae iuuentutis. Aliquoties vero de insihiis, quas in foro & campo Martio consulatus competitoribus struxerat, vel fortuna vel consiliis deiectus: cum tandem in M. Leceae domo nocturnum conuentum ageret & Consulis sibi virtutem obstatre quereretur, reperti sunt duo Eques, qui promitterent, se mane salutandi causa ad Ciceronem ituros, ipsumque in lecto occisuros esse. Haec cum Fulvia quaedam ex amatore, coniurationis socio, ut dum coetu dimisso, audiuisse, eadem nocte insidias Ciceroni patefecit, qui clausis foribus percussores summouit, & Senatu in aede Iouis Statoris habito grauissima hac Oratione Catilinam, qui & ipse in Senatum venerat, perstrinxit, & ut in castra Manlii Centurionis, quem ad sollicitandos Syllae colonos in Etruriam praemiserat, quamprimum discederet, etiam atque etiam hortatus est.

Genus causae proprie non statuitur, nisi a delibera-  
tione multum habere dicamus, dum de exitu Ca-  
tilinae agit; magis vero ad inuestiuas referenda est  
haec Oratio, adeoque ad genus demonstratiuum.

Habita est Oratio in Senatu anno V.C.DCXC.VI.Id.  
Nou.anno aetatis Cic. XLIV. ipso & M. Antonio Coss.  
Euentus fuit, ut Catilina urbe egredetur noctu.